5. Non sequitur geminatam literam vocalem nisi sit quarta aut quinta dictionis litera : Exc. *Aaron, ablaqueer, eris, ere, arctoorum, argoorum, delineer, eris, ere, illaqueer, eris, ere, lineer, eris, ere, minoorum, praeram, as, at, amus, atis, ant, praero, is, it, smus, isis, unt, procreer, eris, ere, recreer, eris, ere.*
6. Si initialis est ac geminata, quinta & sexta dictionis litera est r.
7. Non occurrit quinquies in dictione : Exc. *corroborarer, irrorarer, refrigerarer, reverberarer, transverberarer, &c.*
8. Non est secunda & penultima nisi finalis sit a, e, i, aut o. Exc. *prafere, prafers, profers, profert, transfers, transfert.*
9. Non est finalis in Latinis verbis nisi penultima sit a, e, o, aut u : Exc. *decemvir, duumvir, hir, ir, levir,*

martyr, protomartyr, quindecimvir, semivir, septemvir, tredecimvir, triumvir, vir. Si penultima erit u, antepenultima est m, aut t. Exc. *anxur, augur, cicur, cur, ebur, fulgur, fur, furfur, jecur, ligur, robur, sulphur, tibur, trifur.*

S.

1. **N**on est initialis in Latinis verbis, si secunda & tertia litera eadem sunt: Exc. *suus, suum, suunt.*
2. Non est secunda & tertia dictionis litera nisi initialis sit a: Exc. *esse, essedarus, essedum, essens, es, et, emus, etis, ent, essentia, essentialis e, essentialiter, essens, Eßlingensis, e, Eßlinga, ossis, i, e, a, ium, ibus, ossens, a, um, osculatim, osculum, osifragus, a, um, osilegus, a, um, osillo, osilegium, ossamania, ossum, ossini, ossuaria, item Præteritum Perfectum & Plusquamperfectum verbi *nro*, in omnibus modis.*
3. Non sequitur literam geminam nisi ipsa sit geminata aut finalis, aut tertia litera post geminam sit i: Exc. *deest, isidem, præst, ooscyphium.*
4. Si inter duos, unica litera occurrit, neutrum est secunda neque penultima litera: Exc. verba quatuor literarum, item *isofietes.*
5. Non est secunda & quinta dictionis litera nisi in verbis quinque literarum: Exc. *assessor, assisto, &c.*
6. Non est secunda & quinta à fine litera nisi etiam antepenultima sit: Exc. *assensi, u, caseosa, e, i, o, consensi, u, consuasi, u, dissensi, u, dissuasi, u, insulsa, e, i, o, muscosa, e, i, o, nauscosa, e, i, o, persalsa, e, i, o, persuasa, e, i, o, u, piscosa, e, i, o, præsensa, e, i, o, u, salsa, e, i, o, sarsi, sensa, i, o, u, suavi, u, subsensi, u, transfusa, e, i, o, u, viscosa, e, i, o.*
7. Non est secunda & penultima nisi etiam sit antepenultima: Exc. *ascripsi, ascensu, aspersa, e, i, o, u, as-*
sensi,

fensi, u, assumpsi, ostensa, e, i, o, u. 8. Si ter in dictione occurrat, geminata, aut initialis, aut finalis est, nisi verbum in sibi desinat: *Exc. dispecuisti, disposuisti, disquisuisti, transposuisti.* 9. Non est in voculis duarum litterarum initiale: *Exc. se, si.*

T.

1. Non est initialis, si secunda & tertia dictionis littera eadem sunt: *Exc. tuus, tuum.* 2. Si secunda & tertia littera est t, initialis est a: *Exc. Otta- rus, Ottilia, Otto, Ottomannicus, a, um. litter.* 3. Non est initialis ac geminata: *Exc. transmitto cum Par- ticipiis, trutta, tytygiat.* 4. Bis occurrens non est finalis in voculis trium & quatuor litterarum: *Exc. tot, atat, utut.* 5. Non est secunda & quarta, neque secunda & quinta dictionis littera, nisi initialis sit s: *Exc. atat, utatur, utetur, utitur, utut, item utantur, utentis, i, em, e, es, ium, ibus, utentur, utpote.* 6. Non est secunda & penultima nisi initialis sit a aut s: *Exc. Ctesiphonti, a, e, iteranti, e, iterata, e, i, o, u. Otto, utenti, e, utilitati, e, utpote.* 7. Non est initialis me- dia, & finalis: *Exc. tentant, ent, sertiat, et, tractabat, bit, rat, ret, rit, vit, transfretavissent, transmutave- rant, int, unt, transnataverant, int, unt, transporta- vissent.* 8. Quater in dictione occurrens gemina- tur: *Exc. intractabilitatis, i, em, e, pituitositatis, i, em, e, stipticitatis, i, em, e, taciturnitatis, i, em, e, tempe- strivitatis, i, em, e. terrestreitatis, i, em, e. terricritatis, i, em, e. tortuositatis, i, em, e. transsubstantiatio.* 9. Non se- quitur geminatum litteram nisi sit antepenultima, penultima aut finalis: *Exc. Eetion, Eetionens, a, um. Zoosomia: Si penultima est t, geminatum precedit*

q. Exc. *Aceta, e. booti, e. Phraati, e. thooti, e.* 10. Non est penultima litera nisi finalis sit vocalis.

U.

1. **N**ulla litera geminatur in initio dictionis præter u. Exc. *Aaron, Eetion, Eetioneus, a, um, iidem, iidem, iis, iit, oogala, ooscyphum, Oona, Oopellum.* 2. Non est initialis si secunda & tertia dictionis litera eadem sunt: Exc. *viis, ullibi, ullus, a, um.* 3. Non est finalis si tertia & quarta à fine litera eadem sunt. 4. Non est media & finalis nisi penultima sit t. Exc. *fluxu, lauru.* 5. Non est initialis & finalis nisi penultima sit t. Exc. *usu, veru, visu, versu, vulsu, unicornu.* 6. Non est finalis occurrente geminata nisi penultima sit s. aut t. Exc. *curru, annexu, affluxu, effluxu, connexu.* 7. Non est finalis, si secunda & quinta à fine litera eadem sunt, nisi penultima sit t: Exc. *assensu, consensu, consuasum, dissensu, dissuasum, persuasum, sensu, suasu, transfusu.* 8. Geminatum u. sequitur aliqua harum octo literarum a, e, i, l, m, n, s aut t. Exc. *juvo, adjuvo.* Si a aut e, præcedit i. Exc. *Cluverius, nva, nveus, a, um, nvesco.* Si i præcedit l. Exc. *juvi & adjuvi, isti, it, imus, istis, issem, isset, isset, issemus, issetis, isset, isse, exuvia, pacuvius, recluvia, Vesuvius, Vitruvius, nvis, nvidus, a, um, nviser, a, um.* Si m aut s. finales sunt: Exc. *dumvir, dumviralis, e. dumviratus.* Si n, verbum desinit in unt aut untur: Exc. *avunculus, abavunculus.* Si t, præcedit q. 9. non est ultima litera in utraque dictionis medietate nisi penultima sit s aut t: Exc. *aliquandin, luxu, nurn.* 10. Non est finalis nisi penultima sit e s t aut x. Exc. *acu, ann, din, phu, arcu, solu, sicu, gelu, genu, lacu, manu, nurn, penn, pinn, sinn,*

vern,

*veru, cornu, curru, gradu, lauru, socru, specu, tribu, pan-
thu, quercu, camdu, melampu, porticu, quamdu, toni-
tru, interdum, unicornu, aliquandiu.*

X.

1. **N**on geminatur. 2. Non occurrit bis nisi sit secunda dictionis litera: Exc. *Artaxerxes, Auxiliatrix, coxendix, sextuplex, texitrix, Xerxes.*
3. Inter duo x. non est unica litera. 4. Non occurrit in verbis reciprocis: Exc. *axa, oxa, taxat, textet, erexere.*
5. Non sequitur geminatam literam: Exc. *praexisto.*
6. Non est initialis in verbis geminatam habentibus: Exc. *Xanthii, Xantippe, Xantippus, Xaverii, Xenii, Xenus, Xenodochii, iis.*
7. Non est secunda dictionis litera nisi initialis, e. & tertia (y) Exc. *axa, axilla, axioma, axis, axungia, ixia, ixion, ixionides, ixus, oxalis, oxobaptia, oxus, oxyacaniba, oxycedros, oxylapathum, oxygala, oxygarum, oxymel, oxyrhynchus, uxor, uxorcula, uxorius, a, um.*
8. Occurrente geminata non est finalis nisi tertia litera sit geminata: Exc. *cistellatrix, coeffectrix, inefficax, interrex, rebellatrix, supellex.*
9. Non occurrit ter in dictione. 10. Non est finalis si secunda & quinta à fine litera eadem sunt: Exc. *Allobrox, audax, conjunx, exlex, fallax, harpax, interrex, pellex, quincunx, supellex, vertex, vervex, volvox.*
11. Non est in voculis duarum litterarum: Exc. *ex.*


Y.

1. **N**on est initialis: Exc. *yerva, ypera, Yenyvenius, Ystadiensis, e. Yrica.*
2. Non occurrit bis in dictione: Exc. *caryophyllata, caryophyllus, glycyrrhiza, hydragrum, hyoscyaminus, a, um. hyoscyamus*

hypopyum, hypozya, hypsipyle, symmysta, symphytum, synonyma, syntycha, syzygia, Tenyvenius. 3. Non est in voculis trium literarum: Exc. *phy, Ary.* 4. Non occurrit inter similes literas nisi sit secunda dictio-
nis litera: Exc. *coryto, encyclius, a, um, encyclopadia, epicyclus, Ogyges, ogygius, a, um, hemicyclus, erinnyn.*
5. Non sequitur geminatam literam: Exc. *Affy-
riacus, a, um, affyrius, a, um, coccyx, collybistes, collybus, collyra, collyrium, ellychnium, erinnys, gossypium, illyri-
cus, a, um, illyris, illyrius, a, um, Massylus, a, um, plene-
myrium, sebennisticus, a, um, sebennytus, symmysta, Transsylvania.* 6. Non est finalis: Exc. *Achaly, capy, chamadry, chamapity, chely, Cory, Erinny, Haly, mi-
fy, Mity, moty, phy, sory, Tetby.*

Z.

1. **N**on occurrit in voculis duarum & trium lite-
rarum: Exc. *aza, oza, zea.* 2. Non occur-
rit bis in dictione nisi in nominibus propriis bibli-
cis: Exc. *Nazianzum, Nazianzenus, Zetznerus, Zezes, zizania, zizanium, ziziphus, zozymus, zuen-
ziga.* 3. Non occurrit in verbis reciprocis: Exc.
aza, aziza, mazam. 4. Non precedit geminatam
literam nisi sit antepenultima: Exc. *aizoan, Zoole-
gia, Zoonychen, Zoophthalmus, Zoophyta, Zootomia, Zu-
uingerus, Zuuinglus.* 5. Non sequitur literam
geminatam. 6. Non est finalis in Latinis verbis.



Nomina

Nomina Difficiliora in Regulis contenta, explicata.

in

A.

1. **A** est fluvius Flandriæ Fanum S. Audomari præterfluens. vid. Cluverium *Introduct. Geograp.* p. 163. 2. Baaras, est nomen lacus, penes quem radix eodem nomine gignitur propè Hierosolymam. 3. Phraates nomen proprium, vid. Justin. 4. Tacamahaca est resina celebris Medicis usitata. 5. Tamalapatra est nomen herbæ, Latine malabattrum, Græcè *μυλὰβATTRON*. Germ. dicitur: *Jüdisch, Blar*. 6. Garzias ab horto, de plantis Indicis illud nomen huic herbæ tribuit, vid. Martini *Lexicon* in voce Malabattrum. 7. Taracantara est sonus inconditus buccinæ.

B.

1. **B**oo, est Indicativus verbi boare. 2. Bootes stella septentrionalis notissima. 3. Obba poculi genus vel ligneum vel ex sparto, quod nunc ubba dicitur, vid. Martini *Lexicon*. 4. Ubbo, Nomen proprium. 5. Rob, Arabicum vocabulum Medicis usitatum, notat succum medicatum, qui primum defœcatur, exinde verò solis aut ignis calore sic densatur, ut longiore tempore citra corruptionem asservari queat, vid. p. 466. *Lexici Ravensteinii*.

B 4

C.

C.

1. **N**Ycticorax, Græcum vocabulum, Nachttrab.
 2. Phalacrocorax, φαλακροκόραξ, quasi φα-
 λακρός κόραξ, calvus, corvus. Est avis in Alpibus
 & ad Insulas Baleares. Plin. l. 10. cap. 48. 3. Aca-
 cia est herbæ genus. vid. Martin. Lex. 4. Aca-
 cius Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir in-
 primis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. 5.
 Eccere est adverbium monstrandi. Calepinus ait,
 esse jusjurandum ac si jures, per Cererem, p.m. 507.
 6. Ecdicus significat defensorem, vindicem, Græc.
 est ἑκδικῶ. vid. Calep.

D.

1. **L**iddelius est nomen Medici quondam in Sco-
 tiâ celeberrimi. 2. rhododendrus, frutex
 est florem ferens rosæ similem, foliumque indeci-
 dum Græc. ῥοδὸδένδρον, quasi rosæa arbor, eademque
 planta, quæ & rhododaphne. Causa nominis est,
 quia assurgit ut arbor, & lauro & rosæ similis.
 3. adedo, est compositum ex ad, & edo. 4. Ado-
 nidi est Dativus à Nomine Adonis Poëtis ob amo-
 res Veneris notissimus. 5. Medardus Calenda-
 riis notus. 6. Androdus, servus, hospes & Medi-
 cus Leonis.

E.

1. **E**uboec, Vocativus à Nomine Euboeus, qui
 est ex Insulâ Eubœâ. 2. Ection, Pater fuit
 Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas
 Ciliciæ imperabat, 3. Eumæ, Vocativus à No-
 mine

mine Eumæus, Subulcus fuit Ulyssis, qui Dominum à bello Trojano reducem operâ suâ adjuvit contra procos uxoris. 4. Cenchreenlibus à Nomine Cenchreenfis à Cenchreis, portu Corinthiorum. 5. Platsensium notum est. 6. Ætez Dativus à Nominativo: Ætes vel Æta, Pater qui fuit Medez.

F.

1. **A** Forus, pisciculus minutus, qui propter exiguitatem capi non potest. 2. Ofella, est parva ossa, litera in diminutivo sublata. 3. Sfortia est Ducis Mediolanensis nomen. 4. Ufens, fluvius est juxta Terracinam teste Plinio, hinc usentinus. 5. Afrodifus, adjectivum Græcum, ab ἀφροδίτη, Venere. 6. Pfaffius est nomen proprium. 7. Hasenreffer, Theol. D. & Professor Tübingensis. 8. Aclius, Theodoricus cliens, Suevis Præfectus. 9. Arefa, Phœniciz Urbs. 11. Maraffa fuit Medicus Italus. 12. Rufus nomen notissimum. 13. Stufa, hypocaustum, vaporarium. vid. Martin. Lex. in voce Stuba.

G.

1. **G** Ad, nomen proprium filii Jacob. 2. Goa, Indiz Urbs. 3. Cog, nomen Biblicum. 4. Cich, alii Gich, genus seminis Schwarze Corjander. 5. Uggerensis, nomen proprium Provincie Ducatus Brandenburgici. Hainlinus Geograph. p.m. 649. 6. Fugger, nomen proprium Comitum Germanicorum. 7. Gegginga, est pagus haud procul Augusta - Vindelicorum distans. 8. Haggzus est Propheta. 9. Oogala, puls ex

B 3

ovis

ovis & lacte, ab *ovum* & *γάλα* lac. 10. *Agagropila*, Gemsen. Kugeln. 11. *Agag*, Nomen Regis Amalekitarum. 12. *Agoga*, Græc. *αγωγή* fossa est in Metallis aurariis, per quam aqua aurum trahens ducitur, oder eine Wasser Furth. 13. *Demagogus*, Græc. *δημαγωγός*. Demagogi apud Athenienses vocabantur Duces quidam vulgi, populari autem concionibus aucupantes, homines populariter factiosi. 14. *Gemagog*, Gigascubitos duodecim procerus, de quo Archirenius: Cabitister quatuor altum *Gemagog* Herculeâ suspendit in aëraluctâ. 15. *Lagographia*, ex *λαγός* vel *λαγώς* lepus & *γραφή*, Scriptura. 16. *Magog*, Nomen proprium Biblicum. 17. *Melanagogus*, adjectivum à *μείλας* niger & *ἄγω* duco. 18. *Ogyges*, Thebanorum Rex, qui primum Thebas Bœotias ædificavit. 19. *Ogygius* ab *ogyges* descendens. 20. *πανχυμαγωγός* ex *πᾶς* omnis & *χυμός* succus, & *ἄγω* duco. Medicis usitata vox. 21. *Paragoge* notissima Poëtis figura. 22. *Phlegmagogus*, quod phlegma educit. 23. *Agragantinus*, adjectivum, idem quod *Agrigentinus*, ab *Agragas*, qui & *Acragas*, Siciliæ mons est, & in eo oppidum ejusdem nominis, quod hodiè *Agrigentum* vocant. 24. *Coaga*, *Hainlinus Geographiæ p. m. 609.* ita scribit: §. 7. *Biledulgerid* est tractus terræ longissimus in regna sex *Zanhaga*, *Zuenziga*, *Targa*, *Lempra*, *Berdoa* & *Coaga* distributus. 25. *Cygi*, est *Dativus à Nominativo Cyges*, qui fuit Rex *Lydiæ* Justinoteste l.c. 26. *Galega kalica* voce significat herbam. 27. *Galanga*, *Galgan* / *Radix*. 28. *Abisag*, *Doëg*, *Nepheg*, *Og*, *Phaleg*, *Sarug*, *Siceleg*, sunt Nomina Biblica.

H.

1. **T** Hoofa, Phorci filia, ex qua Polyphemum Neptunus genuit.
2. Thoores unus fuit ex praconibus Graecorum.
3. Ichthyophagus, Gr. vocab. ab *ἰχθύς* piscis & *φάγω*, edo.
4. Ichthyotrophium descendit ab *ἰχθύς* & *τροφή* alo.
5. Pchitrophagus, in Plurali Pchitriophagi, dicti sunt populi à tenuitate victus, quasi pediculis vescantur. Hi sunt juxta Pontum Euxinum.
6. Erisichthon, vir impius fuit in Thessaliâ.
7. Lagophthalmus à *λαγώς* lepus & *ὀφθαλμός* oculus. Dicitur oculorum vitium, quum superior palpebra non descendit; Dictum à leporibus, qui apertis oculis dormire consueverunt. vid. Ravensteinii Lexicon Medicum pag 296.
8. Riphæus, unde Riphæi popul. septentrionales à Riphæis Montibus appellati. vid. Cluv. p. 477. 478 introd. Geogr.
9. Rhadamanthus, Judex inferorum, Virgil. lib. 6. Æneid.
10. Heniochus, Auriga, stella septentrionalis,
11. Hefychius, Milesius Historicus.
12. Hipparchus, celebris Astrologus.
13. Hippolapathum, majus lapathum, herba.
14. Homotechna, ab *ὁμότεχνος*, qui eandem artem proficitur.
15. Panthus, Vocativus à Nominativo Panthous seu Panthus. Nomen Proprium filii Otrei fratris Hecubæ.
16. Phu, Silvestris nardus, nascitur in Ponto.
17. Tethy, Vocativus est à Thetys, Cæli fuit & Vesta filia, soror Saturni.
18. Ceterach, *Milistrum* / *Scolopendrium*.

I.

1. **E**Rinnyi, Dativus ab Erinnyis, Furia infernalis. 2. Coo, est Dativus à Nominativo. 3. Dee, est Vocativus, Nominativus Deus. vid. Vossium lib. 2. cap. V. p. 261. 4. Eoo, Dativus ab (eous.) 5. Aizoo, Dativus ab Aizoon, sempervivum. 6. Argoo ab Argous, idem quod Argolicus. 7. Coloo à Colous Nominativus, Lacus est Lydiæ. 8. Latous, Nomen Apollinis à Latona ita dicti. 9. Minoo à Minos, qui Rex fuit Cretæ. 10. Piròus, nomen Herois cujusdam in Homero. 11. Nemee, est sylvæ Achajæ. 12. Phœbee Vocativus à Phœbeus. 13. Acheloo ab Achelous, qui fuit Ætoliz Rex, idemque fluvius. 14. Alcino, ab Alcinous, qui fuit Rex Phæacum. 15. Antino, ab Antinous, Nomen proprium Proci Penelopes. 16. Minadoo à Minadous, qui existit Celeberrimus Medicus Hispanus. 17. Panthoo Dativus à Panthous. 18. Pirithous, Thesei conjunctissimus, unde Pirithoo. 19. Chzronee à Chzronea oppido. 20. Melibœus est Pastor Virgilii. Eclog. 1.

L.

1. **L**iz significat foramina, quæ in summo mali recipiunt funes, unde liis. 2. Oogala, Græc. nomen supra explicatum. 3. Oonz, sunt Insulæ in Oceano septentrionali. 4. Oopellum, urbs est Britanniz. 5. Ooros, corona preciosissima Irenes, quàm ei conjux Johannes Ducas Imperator ex ovorum proventu dabat, vid. Mart. Lex. 6. Ooscyphium poculum in ovi formam oblongum, ex

200

7. Lollius, cognomen civitum Romanorum. 8. Clazia, nobilis virgo Romana fuit. 9. Colbelus, urbs Macedoniæ. 10. Eleale, Civitas Moabitarum. 11. Eliel, nomen proprium Biblicum. 12. Leonellus fuit Medicus. 13. Ellopia, Regio Eubor. 14. Ellopium, urbs Æcoliz. 15. Ellobium inauris. 16. Ellos, antiqui pro ille dicebant. 17. Ollus pro ille, vid Mart. Lex. 18. Ellops, piscis squamosus. 19. Ellozia, Festum Europæ in Cretâ. 20. Nathanael, Raphael, Beseleel, Eliel, Emmanuel, sunt nomina Biblica.

M.

1. **E**mpyema, est cavitatis thoracis à materiâ purulenta copiosa constipatio. vid. Ravensteini Lexicon, p. 181. 2. Empyreuma Reliquiæ sunt caloris febrilis post solutam accessionem, vid. id. Lexicon p. 182. 3. Sixtinus Amama vir doctus, qui Antibarbarum scripsit Biblicum. 4. Ammon, Nomen Biblicum proprium. 5. Ammoniacum est gutta sive lachryma ferulæ in Libya nascentis. vid. Calep. 6. Ammonius, Alexandrinus Philosophus fuit. 7. Ammonia, Regio mediterranea Libyæ. 8. Ammonitrum, massa est constans ex arenâ molis tritâ, & terciâ parte nitri. 9. Emme est avis. 10. Emmius vir doctus. 11. Emmaus notissimus est pagus haud procul Jerosolymis distans. 12. Memmius, Romanus civis. 13. Mummius, Imperator qui Corinthum diruit. 14. Amram, Moïsis Pater. 15. Marma, Nomen Biblicum. 16. Masma filius Ismaëlis. 17. Cleempus fuit Medicus. 18. Mama Æthiopiz sub Ægypto urbs, vid. Cluv. 19. Methymmeus, derivatur à Methymna

na urbe Lestii. 20. Mongomerius, fuit Dux Belli-
cus. 21. Ama est falx messoria, unde Accusativus
Amam, vid. Mart. Lex. 22. Memmî, Mummî
sunt Vocativi. 23. Lemma, λῆμμα, sumptio, id
quod in ratiocinationibus assumitur. 24. Scym-
ma, est spissamentum & dormitura unguenti ex
odorummentis constans.

N

1. **N**Oologia, pars Philosophiæ. 2. Nanna-
cus, Rex ante Deucalionis tempora fuisse fer-
tur. 3. Nonna, nomen fœminæ. 4. Nunnius,
est nomen celebris Medici. 5. Demophoon, The-
sei filius, Rex Acheniensis. 6. Hippocoon, ab Her-
cule occisus est. 7. Laocoon, filius Priami ex He-
cubâ. 8. Nemeen, Accusativus à Nemeæ, sylva.
9. Nerion, Unholden, Straut. 10. Nelzen, à Ne-
sæ, Numpha Marina, Neres & Doridis filia. 11.
Thermodoon, fluvius Cappadociæ. 12. Thoon,
fuit Vir Trajanus ab Antilocho interfectus. 13.
Narnia, Umbrinæ civitas. 14. Neander notissi-
mum nomen Professoris alicujus Wittebergensis.
15. Neant, est subj à neo, nere. 16. Neanthus
vir quidam, qui propter Chelyn Apollinis temerè
affectatam DEO vindice à canibus discerpius est.
vid. Nat. Comit. 17. Nonnus Poëta Græcus cla-
rissimus. 18. Antinoë, est nomen fœminæ. 19.
Arsinoë, filia Ptolomæi, Lagi filii. 20. Athenion,
Pictor insignis fuit. 21. Autonoë, Cadmi The-
barum conditoris filia. 22. Danaën Horatius ha-
bet. 23. Leuconoë, vid. Nat. Com. 24. Lysinoë,
Asiz civitas circa Pamphyliam. 25. Melange, est
Emporium in Indiâ intra Gangem, ubi Apostolus
Thomas

Thomas sepultus creditur. 26. Oenoë, Oppidum Græciæ Atticæ à Bœoniâ determinans. 27. Oenone, nomen Nymphæ Phrygiæ, quæ Paridem ad-
 amavit, antequam raperet Helenam. 28. Phœ-
 monoe, Prima Apollinis Delphici sacerdos, teste
 Pausaniâ, quæ carmen heroicum dicitur invenisse.
 29. Neon, urbs Phocidis. 30. Nape, urbs Lesbi.
 31. Naxos Insula Cycladum. 32. Nede, urbs Ar-
 cadiz. 33. Neden, urbs Laconiz. 34. Nerinen à Ne-
 rine, vid. Virg. 35. Nasamones Lybiæ populi à
 Nasamon. 36. Naron est Dalmatiz fluvius. 37.
 Neobule est Lycambis filia. 38. Nephele, Mater
 Phryxi & Helles. 39. Nisan mensis Hebræi no-
 men. 40. Necropolis Ægypti oppidum. 41.
 Nyctimene, filia Nyctei, vid. Nat. Com. 42. Am-
 non, Arnon Nomina Biblica, hoc fluvii, illud fili
 Davidis nomen. 42. Berenice nomen Sideris.
 43. Arganthon civitas est Tartessiorum. 44. Chry-
 santhemon, herbæ nomen. 45. Menon, Sophista
 arrogantissimus. 46. Paracenthesis, Curatio, quæ
 fit manu Chirurgi, cum morbus aliter curari ne-
 quit. 47. Sinon, Vir Græcus Virgil. 48. Stron-
 gyle, una clodidum. 49. Enna, urbs Siciliæ. 50.
 Enneas, Gr. numerus novenarius. 51. Alcippe,
 Mulieris nomen, Virg. 52. Cydippe, Nympha,
 Virg. 53. Helle, filia Athamantis Phryxi soror.

O.

1. **O** Nonis spinosa herba, 2. Opoponax, suc-
 cus panacis herbæ. 3. Orobus, ervum.
 4. Oropus, Atticæ oppidum. 5. Oenomaus, Rex
 Elidis. 6. Oenotrus, Sabinorum Rex, unde Italia
 Oenotria, Virgil. 7. Orchomenus, Bœotiz oppi-
 dum.

dum. 8. Orthogonus, Rectangulus. 9. Zoologia, disciplina de Animalibus. 10. Zoophthalmus, herba, sedum majus. 11. Zoophyta, quæ mediam naturam inter plantas & animalia habent, ut ostrea, spongia. 12. Zootomia, sectio animalium. 13. Zoonychon, Leontopodion herba. 14. Cosroes, Rex Persarum. 15. Cymothoe, Nympha Marina, Virg. 16. Leucorhoe, Orcami Babylonii Regis filia. 20. Pholoe, mons & oppidum Arcadia.

P.

1. **P**pa, Arabia felicitis urbs. 2. Epops, upupa. 3. Epistrophe, Schema Rhetoricum. 4. Speusippus, Philosophus Atheniensis. Apostrophe fig. Rhet. 5. Pompejopolis Ciliciz urbs. 6. Pappa, prima infantulorum vox. 7. Pappare est minutos ac commanducatos cibos comedere. 8. Pappas accipitur pro Patre. 9. Pappus, Gross, Batter. Nomen & Theologi. 10. Pappi carduorum flores. 11. Pappous, i.e. avitus. vid. Calep. 12. Pseudo Philippus, Rex substitutus, vid. Florum & Justinum. 13. Philippides, Cursor, Cornel. 14. Philippi sc. nummi Philippi Macedonum Regis. 15. Philippi urbs Thessaliaz. 16. Philippus Rex. 17. Philippinz Insula Maris Sinensis. 18. Eupompos, Pictor nobilis. 19. Ulaq est Typographus.

R.

1. **R**. est cavitas manus. 2. Anxur, urbs Italiae. Inunc Tarracina. 3. Ligur, nomen Populi Italiae. 4. Tibur urbs Italiae, Horat.

S.

1. **E**sszus, Esszi, tempore Christi sectarii. 2. **O**ssamania, Nomen Mensis Februarii. 3. **O**ssillo, Ossatim comminuo. 4. Ossini idem quod Esseni. 5. Ossum pro os. 6. Issosceles figura xquis cruribus. 7. Calscosus à calens.

T.

1. **O**ttarus Bohemiz Rex. 2. Ottilia, Nomen feminae. 3. Tytrygias, Latro fuit & Plagiarius Arcadiae. 4. Cresiphon Viri & urbis nomen.

V.

1. **P**acuvius, Poeta Tragicus. 2. Exuviz, induvis, reduvis notant unum idemque. 3. Vesuvius, Mons Italiae. 4. Vitruvius, Architectus Veronensis. 5. Melampu à Melampus.

X.

1. **A**Xa, Imperativus verbi axare. 2. OXus Amnis in lacu oxia, unde oxo. 3. Xanthium herba. Item Xanthii populi vid. Calep. 4. Xaverius Jesuita. 5. Ixia, Herba. 6. Ixion, Rex Thesaliae, Virg. l. 6. 7. Ixionides, ab Ixion. 8. Ixon, viscus quo aves capiuntur. 9. Oxalis, herbae genus. 10. Oxyacantha, frutex, acida spina. 11. Oxalme, acida muria. 12. Oxia navigium velox. 13. Oxobapta, rubro tineta lana. 14. Oxybaphum, Vasculum aceti, in quod intingitur. 15. Oxycedrus, frutex, durum acutum & folium spinosum habens. vid. Calep. 16. Cistellatrix, Ancilla, quae Canistrum fert hederæ. 17. Harpax à Syris vocatur electrum.

Y.

1. **Yerva**, Giffwurg. 2. **Ypera**, urbs Flandriz, unde Yprensis. 3. **Yenivenius**, Nomen proprium viri. 4. **Yftadiensis**, ab Yftadium, urbs Scaniz. 5. **Yvica**, Insula Balearidibus conjuncta. 6. **Hypozygus**, subjugus, Hypopyus suppuratus. 7. **Hypofipile Lemni** regina Thoantis filia. 8. **Synryche**, Fortuna. 9. **Corytto**, Dea impudentiz. 10. **Collybrotēs**, ein Wechßler. 11. **Collybus**, Verlust in Verwechßlung deß Gelds. 12. **Collyrā**, panis Triangulus & modicus. 13. **Cossypium**, frutex est. 14. **Massylus**, adjectivum, nomen Gentis. 15. **Plemmyrium**, fluvius Siciliz, qui per agrum Syracusanum labitur. 16. **Sebennyticum**, Ostium Nyli, à Sebennytus, quæ est urbs Egypti. 17. **Achaly**, Rex Saracænorum, qui post Califam Mahumeto successit. 18. **Capy**, Vocativus à Capys, qui fuit Trojanus Capuz conditor. Virg. 19. **Chamædry**, à χαμαίρυς, herbar nomen. 20. **Chamæpitys** iidem herba. 21. **Coty**, à Nomine Cotys. Thraciz Rex. 22. **Haly** ab Halys fluvius. 23. **Mity**, Mitys viri nomen Calep. 24. **Misy**, Sory sunt recrementa metallica.

Z.

1. **A Za**, Nomen Biblicum, sicut Aziza. 2. **Oza**, Aoris graveolentia. 3. **Zezenus**, Bibliopola. 4. **Zeze**, Historicus Græcus. 5. **Ziziphus**, Genus arboris in Italiâ, cujus fructus sunt Jujubæ, Brust. Meer. 6. **Zozymus** Nomen Proprium viri. 7. **Zuenziga**, Regnum Biledulgerid.

Exem-

1845. 85 8553055. 0. 26 9656105.
 565562 2018. 01545. 5025562. 51. 2015. 1004.
 300560608. 2009. 15291. 30026560.
 052700. 0010. 56259050. 50. 803. 562590602.
 2004. 85. 200905. 513505. 300270605018. 00.
 2018. 5590226808. 85. 50152508. 50. 5085008.
 41058. 005018. 00. 0530036561058. 05905802.
 803. 8040. 26. 50220802. 0890608. 0050901052.
 053050105. 50. 46000091. 06300001. 000. 2009018.
 0556206. 460000900005. 04608. 50 50 1505.
 009. 000050009. 05205. 063000018. 4600002.
 05905. 5015050. 0008. 205518. 2058. 0800100002.
 009. 208. 8153. 0001. 260. 00000. 06035946.
 00. 862506300401. 50. 562501560105. 002.
 80961802. 64. 205814800405. 506506. 002260.
 009000551. 86 86. 69. 859058. 05906090. 50.
 80501. 05050606. 00220090. 45. 862. 05202.
 00 100. 002. 00. 30 0000000058. 20236061062.
 39508. 81 0608. 008056. 5015 53008.
 4505 85946. 23656350. 850. 6920600000. 208.
 0002. 50. 508. 201068. 862208. 5536. 618. 400.
 0015 5306. 512008. 008056. 69. 8518.
 0005201058. 059050090. 50. 1. 85. 86226. 2009.
 26. 005590. 10106. 5225. 45252090. 00805608.
 80000106. 00. 81560. 86 86. 5225. 186302. 2018.
 662. 206. 50. 6556. 50. 86 86. 258050. 5050090.
 C 2 69686

696863622686. γθωδδ8. idη6 Ϝ 63662.
 5Ϝ Ϝ 53ηθ8. 52η. θη. δ52ϑθ25631. 69. Xθ93.
 2η1ηθ8. ϑ5δθ596δ5η.

Quæritur, si Epistola hæc Cæsaris, quam Cicero lib. 9. Epistolarum ad Atticum annotavit, incidisset in Sreganographiæ peritum, an apodicticè solvi potuisset: Nos affirmamus, Lectorique, ne conjecturis videamur agere, demonstramus. Primo characteres omnes exscribimus, eosque numeramus.

Ρ. 1. θ. 4. 3. 5. π. 8. X. δ. 5. 2. 9. Ϝ. 6. η. γ. ϑ. 2.

Sunt numero novendecim; Hæc operatio necessaria est; quia, si plures essent, viginti duobus, indicio argumentoque esset, scripturam non esse Latinam. Dux jam hanc solvendi Epistolam panduntur viæ. Prima ex *ιστορία* procedit, & inquit, ubi lateat τὸ Q. quod ita sit: Assumo singulos characteres & tento, quis sit eorum Q.

Ρ. 1. θ. 4. 5. π. 8. X. δ. 3. 2. 9. Ϝ. 6. η. 2. ϑ.

Omnes hi characteres non repræsentant τὸ Q. quia hos characteres semper sequitur diversus character, non idem perpetuò. Ex quo colligo: Nullus character quem non sequitur semper idem character per universam Scripturam denotat Q. sed scriptos omnes. E. Solum γ restat, de quo pronuncio, si (γ) continetur in hæc Scripturâ necessariò erit τὸ γ, quia τὸ characterem γ in diverso nexu immediato sequitur τὰ (γ) Unde statuo & determino τὸ γ esse Q. non aliam. Invento Q. exscribo omnes voces, in quibus continetur τὸ Q. idque ex eâ ratione, quia τὸ Q. semper sequuntur duæ vocales τὸ α necessario, & adhuc alia. Quod

et in cognitionem vocalum deducet: Voces in quibus character (γ) obviat, sunt seqq.

$\gamma\theta\delta$. $\gamma\theta\iota\delta$. $\gamma\theta\iota\varsigma$. $\gamma\theta\pi\alpha$. $\gamma\theta\varsigma\delta$. $\varrho\varsigma\gamma\theta\varsigma$ $\gamma\theta\pi\delta\theta\delta$.
 $\gamma\theta\pi\varrho\delta\iota\delta$. $\delta\varsigma\delta\delta\gamma\theta\delta$. $\gamma\theta\varsigma\delta\iota\delta\pi\pi\alpha\theta\delta$.

Thesin juxta meam regulamque π Q. (γ) dico ex hypothesi, si $\tau\theta\gamma$ est Q. $\tau\theta$ (θ) est vocalis (u) $\tau\theta\delta$ etiam est vocalis. $\tau\theta$ (ι) pariter. $\tau\theta$ (ς) etiam. $\tau\theta$ (π) pariter. Sic erunt vocales indeterminatè inventæ.

6. I. ς . π .

$\tau\theta$ ujam habeo, quæ cum reliquis necessariò & infallibiliter est vocalis. Si Q continetur in prælectâ epistolâ. Dein, quia constat, hos characteres esse vocales, annoto omnes voculas duarum, trium, quatuorque litterarum; & ordine colloco primo, Solicariè positos, qualis hic est Numerus. (1) secundò duarum litterarum, quæ sunt:

$\varsigma\iota$. $\varsigma\eta$. $\theta\eta$. $\delta\varsigma$. $z\delta$. $\delta\alpha$. 4ς . 6ϱ . $\delta\varsigma$.

Tertiò trilitteras, ex sunt:

$\theta\pi\alpha$. $\chi\pi\alpha$. $\theta\eta\delta$. $\varrho\pi\varrho$. $z\theta\delta$. $z\delta\eta$. $\varrho\pi\alpha$. $\chi\theta\alpha$.

$\delta\varsigma\pi$. $\varsigma\theta\delta$. $\delta\iota\delta$. $4\theta\pi$. $6\delta\alpha$. $\gamma\theta\delta$. $\varsigma\alpha\eta$.

Inter quas maximè notandæ sunt ex voces, quæ eadem characteres repetunt: $\varrho\pi\varrho$. $6\delta\alpha$.

Quatuor litterarum vocabula reperiuntur seqq.

$\iota\theta\alpha$. $z\theta\varrho\eta$. $\theta\eta\iota\delta$. $\delta\pi\alpha\pi$. $\theta\varrho\theta\delta$. $\chi\iota\varsigma\alpha$. $\varrho\pi\theta\iota$.

$\delta\delta\chi\delta$. $\delta\pi\pi\pi$. $\theta\alpha\theta\alpha$. $\chi\varsigma\alpha\delta$. $\delta\varsigma\iota\delta$. $z\theta\varrho\eta$. $\varsigma\alpha\alpha\varsigma$.
 $6\delta\delta\delta$. $\chi\theta\varrho\alpha$.

Ex his quartum, quintum, octavum, nonum, decimum, duodecimum, decimum quartum vocabula observanda, præcipuè autem decimum quartum, decimum quintum, attendenda. Hæc vocabula

bula exscripta conféro invicem, mediaque collatione plerasque litteras deprehendo facillimè.

Si τὸ (a) ex suppositione τὸ Q est (u) tunc vocalis (u) significat (ut) τὸ, nequit vocalis esse, quia indeterminatè vocales jam inveni & probavi; nec valebit (y) quia barbara emergeret vox (vy) ergò erit consonans. Consonans nulla autem claudere potest dictiunculam bilitteram, præterquam (t) quis enim dicit *uc, ud, um, un, ur, &c.* Has litteras repertas, nempe τὸ u & t. in Alphabeto annoto, & deleo. Idque in peculiari charactera. Hoc (u) siue litteram (t) cujus characterem superimpono deletæ litteræ t. conféro cum vocali *εἰς γὰρ μὴ τὸ, 666.* cujus exordium est (ut) ultimâ incertâ, vel potius nondum inventâ. Vocale esse constat τὸ (6.) quia sequitur τὸ Q. ita ut tertia sit ab eâ, & consequenter necessariò vocalis, sed etiam ex vocali (662.) quæ geminata prima nulla apud Latinos esse potest, nisi (i) vid. Reg. primam τὸ (u.)

Excipis, posse τὸ (662.) significare (uuu) quæ vocalis inchoet à duabus vocalibus geminatis. Resp. Non potest significare; Primò, quia (u) per characterem (i) denotatum jam inveni; Dein quia tertia nempe z. nequit esse (a.) Primò, quia inter vocales, quas omnes habeo, non invenitur; Dein quia (z) non geminatur, quod videtur de characterē (z) in (5725.) sed ponamus τὸ 662. non esse in epistolâ præscindamusque, dico nihilominus τὸ (6.) esse vocalem (i.) idque ex sufficienti remotio-
ne τὸ 666. aut significat, *uia, aut uie, aut uti, aut uo.* Nulla ex his Latinam componit vocem, nisi *te uia.* Est ergò τὸ (6.) vocalis i.

Habeo

Habeo ergò: $\eta. \theta. \zeta. \gamma.$ quas deleo in Alphabeto
 $t. u. i. q.$
 meo, litteras puta, characteribus earum suprapositis. Præterea invenis characteribus superimpono
 litteras per totam epistolam præsertim voculis minoribus, paucarumque litterarum. Post assumo,
 quia habeo: & $t.$ in triliuerâ 261. characterem ($z.$) consonam & dico eum non esse. $b. c. d. g. h. l. m. n. p. q. r. s. t. x. z.$ quia partim hæ litteræ præpositæ illaunam generant dictionem; Non enim dicitur Romanis *bit, git, &c.* Partim quia hæ non sunt finales, cujus contrarium evidenter multis in dictionibus epistolæ cernitur, partim quia hæ litteræ apud Latinos non geminantur. Restat igitur unicum *fit, & sic.* $\tau\theta$ (z) non representat ($F.$) quia $F.$ non est finale, ut hic (z) est. Ergò $\tau\theta$ sit: ut ita invenerim $S.$ litteram. Cujus character $z.$

Alphabetumque ita stet:

$t. u. i. q. s.$

$\eta. \theta. \zeta. \gamma. z.$

Deleat consonante $s.$ in Alphabeto Latino, $\tau\theta$ $s.$ superscribo parvis voculistrum, quatuor, duarumque litterarum, ex Græc. $\tau\theta$ sv . Cujus ultima est (s) θ , quod est: sv . (26.) quod (si) 64. cujus prior est (s) 69. cujus itid (s) Trium litterarum $\theta\pi z$. Prima est (m) secunda latet, tertia est (s) 208. priores sonant (sm) 261. quod significat (fit) χ 62. cujus posteriores desinunt in (-ss) priore nondum cognita. $\gamma\theta$ (qui) 521. - quæ terminat in (-ss) priore existente vocali, quia $\tau\theta$ Q. immediate sequitur. Idem faciendum cum vocibus quadrilitteris: quin cum totâ epistolâ, ut inventam litteram suo characteri, qui pro litterâ substitutus fuit, super-

imponam. Quo fieri, ut spontè vocabula fluant, neque confundaris, præsertim si repertam deleveris in Alphabeto Latino, quod ad manum in schedulâ vel chartâ habendum tibi est. Post, vocalibus, *i, u*, inventis transeo ad voculam *twz*. Primam & ultimam jamprehendi, earumque ordo est hic (*u . i*.) Media est vocalis ignota: Quæritur quæ illa? Dico non (*i*) jam cognitam: non (*e*) cum non dicant Latini (*ves*,) restat (*uas*,) (*vos*,) utrumque Latinis usitatum. Sed excluditur prius, nempe *tw vas*, propter voculam trilitteram (*4tw*.) collatam, cujus penultima est *u*, & ultima *a*, si *tw* (*twz*.) ex hypothesi significat *vas*. Jam cum vocola (*4tw*.) definat ex suppositione in (*-ua*) prior est vel consonans, vel vocalis, non vocalis, cum quia absurda emergeret vox: Non enim dico *ava*, *eua*, *iva*, cum quia *tw* *i*. & *u*. jam sunt inventæ. Non (*Ova*.) quia *tw* (*4*.) non est (*o*) alias sequeretur *tw* 64. significare *jo*, quod collatum cum reliquis vocolis scripti inconditas voces prodiit. Non consonans *b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. r. x. y. z.* quia hæc propositæ barbaram producunt vocem: Non enim dicimus, *hoa*, *cua*, *dua*, &c. Restant vocolæ: *qua*, *sua*, *tua*. Sed duæ posteriores locum habere nequeunt, quia *S. & T.* jam inveni: Non *q*, quia *tw* (*4*.) haudquaquam potest esse *q*, quia est in vocolâ bilitterâ; dein finalis. Ergo relinquitur *tw* (*twz*) *vos* significare non *vas*, ut *tw* (*u*) in (*twz*) sit (*o*) quod deleo, ita inveni tres vocales, nempe:

6. *u*. *o*.

i. *o*. *u*.

Superfunt *a. e.* quarum alterutra necessariò significatur per solutarium characterem (*i*.) ut sit vel *e*, vel (*a*)

(æ) characterem (i) solitarie positum non esse (æ) probatur multimodis: primo ex comparatione vocalis bilitteræ: si. Si τò (i) character est (e) prior nempe (s.) quæ necessariò est vocalis, utpote in eorum numero superius posita & à consonantibus separata. Si vocalis aut a, aut e, aut i, aut o, aut u. Non est a, quia non dicitur (æ) apud Latinos. Non (E.) partim, quia E. jam inveni: partim, quia posito me nondum invenisse (E.) Non dicitur (es) partim, quia si diceretur (æ,) atque apud Latinos esset Latinitate donatum, tamen hoc loco excluderetur, quia scriptum esse deberet (ii) duplici characterē. Non litteram i. repræsentat character (i) cum non dicant: (ie.) quod Gallicum est, posito quod (i) nondum invenerim. Non o, tum quia (o) jam novi; tum quia barbara est vox (oe.) Relinquitur ergò quod τò (i) character numeri sit (æ) Propositione & consequenter (s i.) significet (ea,) sed ulterius secundo modo possum probare τò (i) characterem repræsentare (A) per collationem trilitteræ 618. Prima est i. littera secunda ex suppositione meâ est (e) Tertia est consonans. Jam ultimo pono loco consonantes Alphabeti b c. d. f. g. h. l. m. n. p. q. r. (s. e. jam habeo,) x. z. & deprehendo, quæcunque consonantes à fine collocentur, barbaram enasci voculam. Nunquam enim invenies voc. Latinam jee, jeb, jef, &c. experire omnes & probabis meum ratiocinium. Ergò quia posterius est absurdum, absurdum quoque erit prius assumptum, nimirum characterem (i) esse (e.) Tertio probo τò (i) non repræsentare litteram (e) ex collatione quadrilitteræ. (szzs.) Geminatæ medix sunt (s,) prima & ultima est vocalis, vel e, vel a.

S. (α) vox reciproca (5225) denotabit (αffix) si hoc
 cum trilitera (15π) definit in (α0) (5 character) est
 α, ex *invention* mea, si (π) est (0) in (vos) invenium.
 Quamcumque praefigas his duabus litteris nulla ex-
 surget vox latina. Neque enim dico (ba0) ca0, da0,
 &c. ut raceam, et si diceretur da0, ba0, fa0, ga0, non
 tamen characterem (8) hoc loco posse substitui pro
 b. d. f. g. h. p. q. &c. vi regularum: Quia hae non
 sunt finales. Ergo infero π (5) non est α, sed (E.)
 si hoc. E. π (1) character solidariè positus est (α)
 idque ex sufficienti enumeratione partium, hoc
 modo ratiocinando. Omnes vocales invenit præ-
 ter (α.) Ergo character (1.) qui solitariè ponitur
 in hac Scripturâ Latinâ est (α.) Ceterum adhuc
 superest methodus, qua demonstrare possum, præ-
 cisâ collatione vocularum inter se invicem, præcisâ
 etiam omnium vocalium, α, ε, ο, η, determinatâ in-
 ventione solo (1) & (0) excepto. τ0 (1) charact.
 necessariò esse (α.) Id ita fiet: Suppono ex inver-
 so & per *invention* assumpto (Q.) 5. characterem item
 (1) duos hos inquam characteres esse vocales. Si
 vocales & quidem diversæ, tùm (51) ex puris con-
 stabit vocalibus. Illæ quæ sint, per combinatio-
 nem deprehendo eruoque sequenti modo: Vocales
 sunt quinque, α, ε, ι, ο, η, quibus adde (γ) fiuntque
 sex. Jam sex res faciunt combinationes penes sub-
 stantiam & ordinem triginta. Quinque autem
 res, viginti (γ) enim nullam ingreditur vocalium
 duarum litterarum, neque his vel 5. character vel
 (1) posito, quod invaniretur in vocali duarum li-
 terarum, significaret (γ,) quia γ. non est finale, nec
 initiale in verbis latinis, quod hic de characteribus
 (5. & 1.) observamus. Superfunt igitur (α, ε, ι,
 ο, η)

o, u,) quæ combinata faciunt variationes viginti demonstrandas :

<i>ae, ai, ao, au,</i>	} Unio est <i>Aa,</i>
<i>ea, ei, eo, eu,</i>	
<i>ja, je, jo, ju,</i>	
<i>oa, oe, oi, ou,</i>	
<i>ua, ue, ui, uo,</i>	
	<i>ee,</i>
	<i>il,</i>
	<i>oo,</i>
	<i>uu.</i>

Hæc est combinatio quinque vocalium. Ex quibus Latina sunt : *ea, ei, eo, eu, vi.* (*ve*), annectitur tanquam enclitica. Ex absolute autem positis nec *ei*, nec *eo*, nec *jo*, nec *vi*, stare & valere possunt, quia *ro* (*i* & *e*), jam suppono inventas. Inveni ergo denudò vocales (*a* & *e*), suntque vocales :

i. s. o. u.

a. e. i. o. u.

His vocalibus repertis vocabula, quæ consonantes habent percurro. In quibus sunt : *999* collatum cum *991*. quæ terminatur in (*-eva*.) Nulla præponi potest, quæ generet Latinam vocem, nisi (*N*), ut (*999*) sit (*Non*), & *991*, *neva*, & *999*, sunt *992*. *nes*, & (*69*) *in*. Hoc inventum (*N*) deleo. Characterem ejus supra posito. Ex consonantibus habeo :

S. T. N.

Transco dehinc ad voculas *85*. *218*. *85w*. *518*. *618*. *6918*. *8518*. queritur quæ littera significetur per characterem (*8*) Respondeo nullam nisi. (*M*) ut (*85*) sit *me*. *218* *sum*. (*85w*) *meq*. (*518*) *leum*. *618*. *jam*. *6918*. *num*. (*8518*) *meam*. Auctum itaque est Alphabetum *79 M*. quod deleo in Alphabeto. Quamvis consonantes :

M. N. S. T.

Assumo

Assumenda hinc alia vocabula : χ 62. 86. χ 6. χ 193
 harum dictionum habeo omnes, præterquam ab-
 racterem χ , qui est (H.) cum nulla præfigi queat, ac
 interponi, ut Latina prodeat vocula. Eruuntur
 itaque $\tau\theta$ his & (mihi) & hac. $\tau\theta$ H. invento aggre-
 dior voces χ 3. & χ 193. $\tau\theta$ (3) character est C-
 non alia, quod percurrenti & postponenti omnes
 Alphabeti litteras manifestum erit.

Hæc consonantes adjungo aliis :

C. H. M. N. Q. S. T.

Ab hoc transeo ad $\tau\theta$ (4.) in voculis 64. 45. 41 π .
 8=4 π . in quibus voculis unica tantum nempe $\tau\theta$ 4.
 adhuc læset, æque nulla alia nisi (δ) cum sola præ-
 fixa latinam pariat vocem, ut vocabula emergant
 ea. 64. id (45. de) (41 π . duo.) (8=4 π . modo) Hoc
 D. inventum annoto :

C. D. H. M. Q. S. T.

Accedo ad ($\tau\theta$ 1 δ .) sola ultima restat, estque R & so-
 nas (utar,) ex hoc fluit (δ π π .) (ro-o) penultimus
 character est G & est rogo. Nulla enim interponi
 potest, ut solida edatur dictio :

C. D. G. H. L. M. N. Q. R. S. T.

Nota quotiens litteram invenisti, eam delere debes
 in Alphabeto ad manum in schedulâ jacente, quod
 sæpius monuimus. Jam enucleavi characteres se-
 quentes :

Vocales.

a. e. i. o. u.

β . 5. 6. π . θ .

Consonantes.

c. d. g. h. m. n. q. s. t. r.

3. 4. ρ . χ . 8. 9. γ . 2. 7. δ .

Sunt

Sunt numero quindecim, ut restent adhuc quatuor, cum novendecim fuerint numerati characteres. Latentes hi sunt: 2. 5. p. Φ . quam litteram representet character (Φ), constat ex vocula Φ 516. nempe $\tau\delta$ P. ut emergat feci, character (9) in vocula 69 56. est L. ut prodeat: (illi,) character (e) in voce (1,04) denotat p ut oriatur: (apud) Restat solum (z) character, qui solus non est in vocalis exscriptis, videturque aliquoties in Scripturâ occultis e. gr. in $\delta\varsigma\tau\omega$ quod vocabulum sonat *rebus*, ut B sic inventum, quæ sola supererat: Atque Alphabetum ita fiet:

B. C. D. E. F. G. H. L. M. N. P. Q. R. S. T.
2. 3. 4. Φ . Ψ . χ . ς . η . θ . ι . κ .

Vocales.

a. e. i. o. u.
1. 5. 6. ω . θ .

Characteres, omnes cogniti, superscribi debent epistolæ, & ita solvitur scriptum. Hic vides, Benevole Lector, ut procedere debeas in scripto prolixo, quo continetur (Q.) Ex hypothesi loquor. Et est hæc via compendiosissima, quâ epistolam ex tempore, puta si quinque, sex, vel septem fuerit litterarum, solvere potes. Idem observandum tibi est in Gallica Linguâ. Sed jam accedamus ad alteram viam, quæ solidius incedit, neque ex hypothesi Φ sequelam vel consonantium, vel vocalium infert, ut superior via agit. Hâc apodicticè demonstrabimus omnes & singulas litteras hujus epistolæ, determinatèque ostendemus, singulas Alphabeti litteras, quibus characteribus represententur. Quâ in re nullâ nitemur conjecturâ. Ita-
que

que ad rem tamus & enſcribamus omnes characteres:

P. 1. 0. 4. 3. 5. π. 8. X. δ. S. z. 9. Q. 6. η. γ. ρ. 2.

Sunt numero novendecim. De ſingulis ſecundum regulas meas ratiocinium inſtituo & dico.

1. **P.** non eſt **E.** quia hæc littera non eſt penultima, ut **P.** character eſt in voce ($\delta\pi P\pi$.) 2. non (γ) quia hæc littera non initialis eſt, ut character **P.** in primâ epistolæ voce. Ergò diſjunctivè reliqua omnes. 2. Character (1.) neceſſariò eſt vocalis, quia ſolitariè ponitur vocula: 125. Num. Ergò vel **a**, vel **e**, vel **i**, vel **o**. Ea enim ſolitariè apud Latinos collocantur. Ex his autem nequit eſſe (**i**), quia $\tau\acute{o}$ (6.) eſt (**i**), ut infra evincitur, ergò vel **a**, vel **e**, vel **o**, ubi ſiſtimus pedem. Character tertius **e**. per $\alpha\pi\pi$ non eſt **a**, quia $\tau\acute{o}\theta z\theta z$ ſignificaret (**a/aa**), cum **z**. ſit (**i**), ut demonſtrabitur infra: non **b**. **c**. **f** **g**. **l**. **p** **z**. quia hæ litteræ non ſunt initiales in voculis duarum litterarum (2.) non **d**. quia (**d**) non ſequitur geminatam litteram juxta regulam quintam antecedentem, quod in hac epistolâ ſit in verbo Num. (42.) ubi $\tau\acute{o}$ geminatum (**zz**.) ſequitur (**e**), quæ ideo nequit ſuſtinere vicem $\tau\acute{o}$ **D**. (3.) non eſt **E**. probaturque ex vocabulo centeſimo nono, quod ita ſcriptum eſt: ($\iota z\iota z$.) ſi prima eſt (**E**.) ultima etiam, eſt **E**. & $\tau\acute{o}$ **z**. inſallibiliter conſonans, idque ex voculâ (142.) Num. nempe 66z. cujus geminatæ initiales neceſſariò ſunt vocales, & quidem (**i** duplex.) Jam percurro Alphabetum interponoque tam vocales, poſito quòd **z**. vocalis ſit, quàm conſonantes, **b**. **c**. **d**. **f**. **g**. **h**. **l**. **m**. **n**. **p**. **q**. **r**. **x**. **z**. & pronuntio, quod, quæcunque conſonans ſit $\tau\acute{o}$ **z**. abſurda enaſcatur vox; quid enim

enim est, *exet, eted, efef, egeg, &c.* Vocalis interponi nequit: cum non dicamus *eaea, eiei, &c.* Ergo $\tau^1(i)$ non est (*E.*) Non est *H.* (τ^1) quia *H.* non est in vocalis duarum litterarum initiale, exc. (*hi,*) sed $\tau^1(i)$ nequit significare (*hi,*) quia character (τ^1) non est (*i.*) Sed character (τ^1) in vocali (662.) ut infra demonstrabitur. Dein $\tau^1(i)$ non est (*H.*) quia inter duo *H.* non est unica tantum littera, quod videtur in vocabulo 62. Num. (1918.) Neque est (τ^1) quia $\tau^1(6.)$ character est (*i.*) Neque *M.* ob voculam (83.) (9991551.) Si $\tau^1 M.$ denotatur per (τ^1) tunc antecedit geminata & sequitur. Geminata illa antecedens non est *E.* juxta reg. $\tau^1 E.$ primam: *Non est initialis ac geminata:* Sequens & necessarid vocalis, ut demonstrabimus, vid. reg. septimam $\tau^1 M.$ Si geminatam sequitur, antepenultima aut finalis est. Hic sequitur geminatam, neque tamen antepenultima aut finalis est. Ergo $\tau^1(i)$ non est *M.* neque ulla exceptarum locum potest habere. Dein ex vocali (1212.) $\tau^1 z.$ esse consonam extra dubium est, idque probabimus: Posito hoc, imò evictio, nempe $\tau^1(z.)$ esse consonam, $\tau^1(i)$ non potest esse (*M.*) quia emergeret dictio latina vocali destituta. Ex eadem ratione non est *N.* *O.* quoque non significari potest per characterem (τ^1) Quod probamus ex vocali (111.) Si (τ^1) est (τ^1) $\tau^1(11)$ significabit aut (*ob*) aut (*os*) aut (*oh.*) Non *ob*, quia τ^1 character non est (*B.*) quia *b.* non est finale, quod fit $\tau^1(1)$ in vocabulo Num. (82) & aliis. Non (*os*) quia $\tau^1 z.$ est, ut videbimus Non *oh.* quia τ^1 non est τ^1 . $\tau^1(i)$ non est *Q.* ob multas rationes: Partim quia $\tau^1 Q.$ sequuntur duae diversae litterae, quod non fit in voce Num. (62.) Partim quia (τ^1) est penultimum hac in epistola,

epistola, quod $\tau\bar{q}$ Q . repugnat, patrum quia Q . non est in voculis duarum litterarum, &c. $T\bar{q}(4)$ non est (R .) primò propter voculam Num. (13.) 209. si $\tau\bar{o}(1)$ est R . $\tau\bar{o}(1)$ erit (re .) si hoc, tunc vocula 209. incipiet ab (SR .) 2. enim est, extra controversiam. vid. characterem 2. ejusque rationum. Secundò ex vocabulo Num. (109.) Si $\tau\bar{u}(122)$ prima est (r) erit vel *rara*, vel *rere*, vel *rero*. Alia latina verba dantur nulla. Sed nullum horum applicabile est; Non *rara*, quia 2. geminatur in (5225.) quod $\tau\bar{q}$ A . litteræ adversatur. Neque (*rere*.) quia, quamvis E . geminatur, non tamen geminatur ab initio, ut hic in 662. sic. nec (o) ob eandem rationem. Neque est (s) ob voculam suprapositam (1222.) quæ denotaret: *sa/sa*, *se/se*, *si/si*, *so/so*, *su/su*, quæ omnes ob barbariem suam excluduntur, excepto $\tau\bar{o}(se/se)$, quod quidem latinum est, verum nihilominus expungendum, eò quod character 2. non sit (e) vocalis, sed certissimè consona. Non est (T .) propter jam crebrius repetitam vocem (1202.) aut enim significabit, *tata*, *tete*, *titi*, *toto*, *tatu*. *Tete* atque *toto* solùm latina sunt, neque tamen applicari possunt, non (*toto*.) quia (z) non est (o .) neque (*tete*.) ex eadem ratione. Tandem $\tau\bar{o}(1)$ nec ex x , nec y . partim quia y . non est initiale in Latinis vocibus; Partim quia non est in voculis duarum litterarum. Neque x . Primò quia x . non occurrit bis, quod hic accidit in $\tau\bar{q}$ (1) vocula Num. (109.) Secundò quia inter duo x . juxta reg. 3. $\tau\bar{u} x$. non est unica tantum littera. Unde $\tau\bar{o}(1)$ in vocabulo 1202. non est (x .) ob medium terminum regulæ tertiæ $\tau\bar{u} x$. indicatum.

Relinquitur ergo per remotionem sufficientem, quòd

quoddam character sit necessariò (u,) reliquis omnibus exclusis, per ratiocinium infallibile invictissimè probatum.

Character quartus est (4.) qui juxta regulas nequit denotare *a*, quia τὸ (6) est (i) nec dicatur *ja*, non *b.c.f.g.l.p.q.x.z.* quia hæc consonantes præter alias rationes, non sunt initiales in voculis duarum litterarum, quale hoc loco est (45.) Vacula numero (92.) non *E* ob vculam 64. cujus prior est (i.) ut dicendum esset *je*, quod absurdum. Non *H* quia hæc littera secundum Regulam XII. litteræ (*H*.) non est finalis in voce quatuor litterarum: Exc. *prob.* Si (4.) est *h*. tunc vacula undecima (1904.) notabit (*prob.*) quod impossibile quippe cujus primus character necessariò ob solitariam positionem est vocalis. Si vocalis, non erit consonans; cujus tertius character (6) non est (o,) ut supra ostensum. Dein præciso τὸ (1904.) τὸ (4.) non potest repræsentare (*H*) idque ex collatione vcularum 64. 45. 26. 66z. Si τὸ (4.) est (*H*.) vacula (45.) notabit *hi*. Si 64. notabit (*ah*.) vel *oh*, nulla enim bilittera est, quæ finalem habet (*H*.) nisi *ah* & *oh*. τὸ (26.) desineret in (*ja*.) quia τὸ z. necessariò consonans (*s*.) est. Ulterius: Si vacula (45.) habet initialem *H*. significabit (*hi*.) Si (*H*.) τὸ (6.) non erit vocalis (*i*.) quod absurdum. Ergò τὸ (4.) non erit *H*. Nec vocalem *i*. repræsentat, quia τὸ (6) est *i*. Non *M*. quia *M*. non terminat dictionem latinam διγράμματοι, seu bilitteram. Neque enim pronuncio: *am, em, im, om, um*. Neque τὸ 4. est (o,) idque ex collatis vocc. 64. 45. probatur. Si 4. repræsentat litteram (o,) vacula (45.) significabit vel *ob*,
D vel

vel *os*, vel *ob*. Non (*ob*,) quia τὸ (5.) non est (4.) vid. infrà. Non *os*, quia non (5.) sed *z* est *s*. ut patet. Non *ob*, quia sequeretur τὸ *s*. esse *H*. Non (*u*,) ex collatione τὸ vocc. 64. & 45. solidissime autem ex (562.) Si τὸ 64. notat tu. (Alia enim nulla definit in *u*. bilitera,) vocula (45.) representat (*vi*,) sed hoc repugnat; cum non τὸ (5.) sed character (6) sit (1) ut sæpè diximus. Tandem τὸ (4.) non est (7,) quia hæc littera non initialis est, nec finalis in vocula duarum litterarum. Superfunt ergo per *θιεν* collocanda litteræ disjunctivè *D.N.R.S.T.*

Quintus character est 3. de quo judicamus ex regularum præscripto: negativè non esse *F.G.P.Q.Z.* quia hæc absolute non finiunt voculam latinam, quod tamen cernitur in characterē (3.) in voce, (39.) (68.) (158) Non (*B*,) quia *B*. in voculis quadriliteris non est finale Reg. vid. τὸ *B*. septimam. Non *D*. quæ non claudit dictionem *τις ἀνθρώπων*, apud, haud, quid, quod. Quorum nullum potest significari per vocabulum Num. 68. (X 153.) neque Num. (158.) vocab. X 693 non apud, quia character (1.) non est *P* neque τὸ (6.) sit *P*. ut evictum. Non *haud*, quia character 5. non est (*u*,) neq; character (9. sit *u*,) characterem (5.) non esse (*u*,) probatur ex collatione vocularum (54.) & 8. 45. si character (5) est (*u*,) tunc necessario τὸ (4.) erit vel *T*. vel *i*. & significat *it*, vel *ut*, vel *vi*. Cæterum characterem (5.) non esse (*u*,) ostenditur ulterius, quia aliàs (85.) & (45.) terminaret in *u*. quod absurdum est, cum sola vocula (*Tu*,) apud Latinos terminetur in (*u*,) unde quasi syllogisticè ita procedo: Si τὸ (5.) est character (*u*,) tunc (*u*) in voce bilitera bis est finale. Sed
posteriùs,

posterius, est absurdum. E. & prius. Neque in
 r̃ X 093. characterem (1.) esse p. jam probatum,
 vid. suprā. Non (quid,) vel (quod,) ex eā solā ra-
 tione, aliās enim omittimus, quia character (X.)
 antecedit diversas. Si esset Q praeiret semper idem
 eundem, quod hic secus se habet. Neque cha-
 racter (3.) est H. quia H. non est finale in dictioni-
 bus quatuor litterarum, juxta Regulam duodeci-
 mam r̃ H. nisi in prob. quae non potest representari
 per (X 153.) neque (X 093.) si prius est prob, tunc
 secunda est R. nempe character (1.) qui solitariē
 ponitur. Unde argumentor: Nullus character
 apud Latinos, (nota benē, secus enim se res habet
 cum aliis linguis,) solitariē positus est Consonans.
 Subsumo: Character (1.) solitariē ponitur. E. non
 est consonans. Si non est consonans, non erit R.
 Neque, posito characterem (1) non solitariē oc-
 currere in vocula numero (125.) r̃ (1.) esset R.
 idque eō, quia vocula (51.) sonaret (or,) ex hypo-
 thesi r̃ X 153. esse (prob,) quod (or,) non gignit La-
 tinam dictionem. Si posterius nempe X 093. de-
 notat (prob.) r̃ (1.) est R. & consequenter vocula
 numero (109.) 0202. primam & penultimam ha-
 bet R. secundam & ultimam necessariō ut demon-
 strabitur, consonam; ut consequenter à posteriori
 r̃ (1.) nequeat esse vicaria r̃ (R.) Denique r̃ (3.) non
 est (7.) r̃m quia (7.) non est initiale, r̃m quia non
 est finale, quod utrumque in characterē (3.) est vi-
 dere, neque z. quia haec littera non est finalis, ut hic
 r̃ (3)prehenditur; Tandem quia z. bis non oc-
 currit in unā voce. vid. Reg. 2. r̃ z. Eadem
 ratio excludit r̃ (x,) juxta Regulam secundam,

quæ ita concepta est: *Non occurrit bis, nisi sit secunda dictionis littera.* Relinquitur ergo disjunctivè character (3) est *a.e.i.o.u c.l.m n r.s.t.*

Sextus character est (5.) de quo assevero negativè. Non est *b.* tùm quia juxta regulam primam hujus litteræ *⁂ B.* non est initiale, secundâ & terciâ eadem: Exc. *baaras, beem, &c.* Jam infero (5) characterem sequuntur in vocibus Num. (54. 132. 153.) geminata *Q Q. zz. &c.* Ergo non est (*B.*) Excipis multa esse vocabula excepta, quæ stent sub Regulâ *B* primâ applicabilia. Resp. Nullum quadrat. Non *baaras, beem, bijugus, bootes, boo,* tùm propter excessum litterarum; tùm propter defectum, ut consequenter voc. (54. numero,) (& 132. num.) *5zz5.* non possit esse *baaras, beem,* vel ex solâ hâc ratione, quia relukaret vocula *beeb.* quæ prorsus absurda. Sed præscindamus characterem (5.) non occurrere in scripto hoc, ut sequatur geminata, & Regula hæc applicari possit, aliâ ratione tamen ostenditur *⁂ (5.)* non esse *B.* & hoc ex Regula secunda litteræ *B.* ita formata: *B. non est initialis in voculis duarum litterarum.* Si hoc *⁂ (5.)* non est *B.* quia est in voculis duarum litterarum initiale in 51. 51. voculis. Syllogisticè ita in mense progredimur. Nullus character initialis in voculis duarum litterarum est *B.* character (5.) est initialis in voculis duarum litterarum. E. character (5.) non est (*B.*) Major nititur veritate canonis ex idiomate Lingux Latinæ desumpti. Patetque non dici: *ba, be, bi, bo, bu.* Minor est epistolæ, ubi reperiuntur 51. 51. vocula bilitteræ. Sed & hâc ratione præcisâ, ex ultimâ tamen regulâ probare possum *⁂ (5.)* non esse (*B.*) nempe ex Regulâ *⁂ B.* septimâ 3

mā; *B* non est finalis in Latinis verbis. Subsumo: Character (5.) est finalis in epistolā hāc. Ergo character (5.) non est *B*. Opponis: *B*. esse finale, in *ab*, *ob*, *sub*. Respondeo, nullum horum quadrat, cū sint vocabula octo litterarum & plurium, quæ finiunt in (5.) ex quo constat, non posse ea verba significare *ab*, *ob*, *sub*, duabus, tribusque litteris constantia; secundò character (5.) non repræsentat (*c*) Primò, quia juxta Regulam secundam Litt. C. *τὸ c. Non est in voculis duarum litterarum.* Exc. *ac.* quæ tamen excepta vocula non potest per 5, 51. repræsentari, quia non dico *ca*, *ce*, &c. quod tamen deberem dicere si *τὸ (5.)* esset *c*. secundò character (5.) non est *c* juxta Regulam tertiam *τὴ C.* quæ ita sonat: *C. non occurrit ter in dictione nisi geminetur aut initialis sit.* Subsumo in dictione (45. numero,) *τὸ 5.* ter occurrit. Ergò. Neque exceptiones: *Architectonicus*, *incircumcissus*, *incircumscriptus*, &c. applicari possunt, cū in nullo horum vocabulorum *c.* sit secunda, sexta, & ultima, sicut in (δ53θ, 5διδ5). Tertiò *τὸ (5.)* non est (*c*) propter voculam (5225.) si *τὸ (5.)* est *c.* vocula hæc significaret, (*caac*, *cece*, *ciic*, *caoc*, *cnuc*,) quæ singula absurditate suā epistolā expelluntur. Quartò *τὸ 5.* non est *c.* ob Regulam octavam *c. Non est finalis in verbis plurium quàm septem litterarum.* Atqui *τὸ (5.)* character in vocabulo decem litterarum, nempe numero (45.) est finale. Ergò non est *c.* objicis: Multas esse exceptiones in Regulā octavā, quæ applicari possint, quales sint: *assuesfac*, *frigesfac*, *interdic*, *introduc*, *quatefac*, *satusfac*, *superduc*, *transduc*, *circumduc*, *contradic*, *pinguesfac*, *præterduc*, *superinduc*, *superindie*; Sed ajo nullum exceptum vocabulum

superari, ut suprà modo attigimus. Sexto character 5. non est *c.* ex Regula decimæ tenore. Argumentum ex eâ tale nectitur. *C. littera bis occurrens non est finalis* Character (5.) bis occurrit. E. non est finalis. Vel *c. non initiale & finale in eâdem voce.* Exc. *condisc, conduc, calefac, circumduc, contradisc.* Ex quibus nullum accommodari potest vocabulo (54. numero,) quia numero litterarum deficient non tantum, sed & situ litterarum. In nullo exceptorum vocabulorum *c.* ter occurrit, nisi in *circumduc.* Sed quamvis ter occurrat præcisè, sicut in vocabulo (54. numero,) non tamen eodem litterarum ordine, quia in (*circumduc,*) prima, quarta & ultima sunt similes; contra in vocabulo (54. num.) prima, sexta & octava, ut taceam (*circumduc,*) superare unicâ litterâ $\tau\delta$ (5 \mathfrak{X} \mathfrak{X} θ \mathfrak{P} \mathfrak{S} δ 5.) quæ octo constat characteribus, & consequenter litteris totidem. Cum $\tau\delta$ *circumduc* componatur ex litteris novem. Septimò demonstro $\tau\delta$ (5.) non esse (*c.*) ex Regula XI. $\tau\delta$ quâ dicitur, *quod non sit secunda & quinta dictionis littera.* Si hoc verum est, character (5.) non est *c.* quia in vocabulo (38. numero,) est secunda & quinta. Vides, Amice Lector, quàm prolixum queat formari ratiocinium de unicâ tantum littera, si epistola fuerit longior, multisque rationibus probare, quàm litteram character significet. Sed nolumus aded prolixi esse, contenti regulas tantum attingere, unamque vel alteram asserre, non omnes percurrere. Transimus igitur ad D. & dicimus character (5) non significat D. quia D. non est finale secundum Regulam X. $\tau\delta$ D. ut sit initialis simul (2.) Non sequitur geminatam litteram D. Ergò $\tau\delta$ (5.)

quàm antecedit geminata non est D. Non F. G. H. P. Q. X Y Z. quia hz non sunt finales in voculis duarum litterarum, ut hoc in scripto τὸ (5.) in (85.) deprehenditur; Nec sunt initiales in voculis duarum litterarum, nec finales absolute. vid. Reg. 5. decimam, Reg. 6. secundam & ultimam, Reg. 8. ultimam: Reg. 6. ultimam τὸ P. ultimam in Q. ultimam in (y & z.) Taceo f. g. h. p. q. ob alias rationes excludi quoque F. quia nec est secunda, nec penultima dictionis littera. vid. Regulam secundam & nonam litteræ F. dein quia F. G. H. P. Q. Y. Z. non sunt initiales secundâ & tertiâ eâdem. vid. Reg. quartam in (F.) Regulam primam τὸ G. Regulam secundam in H. Reg. primam τὸ P. Regulam primam τὸ Q. Regulam primam τὸ Y. Regulam quartam τὸ Z. Par eademque ratio evincit τὸ (5.) non esse L. N. R. S. T. quia hz non sunt initiales secundâ & tertiâ eâdem. Exc. *luunt, lis.* vid. Reg. primam, τὸ L. *numunt* in τὸ N Reg. 1. τὸ N. (*numunt*) Regula prima τὸ (R.) *Tuus, tuum.* Reg. primâ τὸ (T.) quæ tamen excepta verba non habent locum, quia nullum eorum, est reciprocum, sicut (5225.) Aliâ quoque ratione evincitur characterem (5.) non esse L. quia L. non est in voculis duarum litterarum, ut hîc τὸ (5.) est in voculis (51. 52.) neque terminat dictionem præcedente geminatâ. vid. secundam & undecimam Reg. τὸ L. dein quia juxta octavam τὸ L. Regulam non est initiale & finale, vel bis occurrens non est finale. confer vocabulum (54. numero.) Quæritur an character 5. sit M. Sex consonantibus. Ut τὸ (5225.) significet vel *meem*, vel *sums*, quæ sunt reciproca quatuor litterarum. Dico neutrum, non prius, scilicet (*meem*), quia character (5.) non potest

potest substitutus esse loco (*M*.) quoniam sequeretur τὸ (*M*.) esse finale in vocula (85) 45. quorum prius numero est trigessimum, posterius numero nonagesimum secundum, quod repugnat octavae regulæ τὸ (*M*.) nemo enim dixit (*am, em, im, om, um,*) dein, quia si τὸ (5.) esset consona, τὸ 2. esset vocalis, qualis non est, id quod demonstrabitur infra in voce (662.) numero 142. vocab. Tertiò si τὸ (5.) est consona (*M*.) quomodo incipiunt voculae (51. 54.) si τὸ (5.) est (*M*.) tunc τὸ (51. 54.) significabunt vel *ma*, vel *me*, vel *mi*, vel *mo*, vel *mu*. *Ma, mo, mu*, Latinis inusitata. Ergò per sufficientem enumerationem erunt vel *me*, vel *mi*. Imò alterum erit *me*, alterum *mi*, sed hoc repugnat. Si enim τὸ (5225.) notat *meem*, tunc character 2. erit (2.) non character (1,) neque (4,) & consequenter utrumque erit (*mi*.) quod absurdum, quia (4,) & (1,) sunt distincti characteres, & per consequens distinctæ litteræ. Tandem quoque (*sum*.) expungimus dicimusque τὸ (5225.) non repræsentare (*sum*.) partim quia vocula (109. Num.) absurdam ederet vocem: significaret enim *men, dudu, fusu*, &c. quæ omnia barbara sunt extra controversiam, partim quia si τὸ 2. est (4,) vox (26) bilittera sonaret vel (*ut*, vel *vi*.) tertia non datur. Si (*ut*.) tunc vox (127. Num.) 86226. desineret (*iuui*.) quæcunque præfigatur, absurdam parcurit vocem, si τὸ (26.) significat (*ut*.) tunc (86226.) terminat in (*iuut*.) vocabulum Latinæ Linguae inauditum. Ergò, quia posterius ἀποκεί. Erit quoque prius, nempe assumptum, τὸ (5225.) repræsentare suus; Partim denique quia τὸ (2.) non est vocalis, sed necessario consonans. Si hoc τὸ (*sum*.) exulat.

Ex quo relinquitur scrupinio τὸ (5.) nullam esse consonantem. Restant igitur Vocales *a, e, i, o, u.* (7.) quippe supra jam explosum. Ratiocinetur jam τὸ (5.) non esse (*a*), vocalem ex collatione vocalis (51.) ultima nempe τὸ (1.) necessariò est vocalis, utpote solitariè posita. Jam si vocalis, erit aut *a*, aut *e*, aut *i*, aut *o*,) si τὸ (5.) est *a*, tunc τὸ (51.) sonabit aut *ai*, aut *ao*. Posterius est absurdum. Ergò & prius. Ergò τὸ (5.) non est *a*. Queritur secundò, an sit *i*. Respondeo negando; quia si τὸ (2.) ut demonstrabimus suo loco necessariò est consonans & τὸ (5.) supponitur *i*, vox exurgeret *izzz*, *ibbi*, *icci*, *iddi*, *iddi*, *iffi*, *iggi*, &c. quæ omnes sunt inconditæ barbaræque, præterquam τὸ (*illi*.) quod quamvis Latinum sit, nequit tamen significari per (*izzz*.) quippe (2.) nequit esse *L*. per voculam (26.) quæ inchoaret ab *L*, si (2.) esset *L*. id quod alienum. Eadem collatio arguit τὸ (5.) non stare (*o*.) vice. Si τὸ (5.) est (*o*.) vocula (51.) incipiet ab (*o*.) τὸ (1.) character est aliqua ex vocalibus, (*a, e, i*.) ut constas ex solitaria, absolutaque ejusdem characteris collocatione (vocalis numero 125.) Si, ut constat τὸ (1.) est vocalis: Vocula (51.) significabit (*oa, oe, oi*.) barbara vocabula Latinisque proscripta. Non est *u*, quia *u*, non est initiale secundâ & tertiâ eadem, ut fit in vocula (525.) Ergò necessariò erit per sufficientem remotionem Vocalium Consonantiumque *E*. Τὸ (5.) determinatè est *E*.

Sequitur septimus character, cujus forma est Græc. (π.) De quo affirmo categoricè: Non esse *F G P Q Z*. quia hæ simpliciter non sunt finales, vid. Regulas. Non *C*. quia *C. bis occurrens non est finalis*, juxta Reg. X. τὸ *C.* quod facit τὸ (π.) in vocabulo

bulo (40. Num.) si (π.) est c. tunc c. est anrepenultimū & ultimum, non sine absurditate & contrarietate Latine Lingue. Non D. quia hæc littera non est finalis in vocula quadrilittera: Exc. apud, haud, quid, quod, quorum nullum significatur per voculam 40. num. (8π4π.) in quo τὸ (π.) ex meâ suppositione (D.) bis occurrit, cū in reliquis semel tantū obviet. Non (b.) quia hæc littera in quadrilittero non finale est, imò in hisce tantū: ab, ob, sub. Eadem ratio excludit τὸ H. quod tantū finit vocem, ab, vah, proh, quæ non queunt significari per (8π4π.) quia (H.) bis obviaret. Non L. quia in (8π4π.) bis occurrit & finale est, quod τὸ L. juxta Regulam ejus octavam adversatur. Non M. quia si confero voculam (8π4π.) numero 40. cum θπζ. epistolæ tertiæ voce, cujus ultima est consonans, vide Ratiocinium super τὸ (z.) τὸ (π.) est (M) & vocula (θπζ.) desinet in (-ms,) vel (-ms,) præfixâ vocali, a, e, s, o, u, ut erit amē, emē, imē, omē, umē. Si (s.) erit, amē, emē, imē, omē, umē. Quas dictiunculas barbaries nota expungit. Ulterius, ne unâ tantū ratione niti videamur ex collatione voculæ, (Num. 116.) 4θπ. τὸ (4.) est vel (a, vel i.) Si τὸ (8π4π.) secundam tertiāque habet (M,) vox emerget vel imam, vel imam Sed neutrum, quia non character (8.) sed (6.) repræsentat (i,) sed ponamus nescire me significationem characteris (6.) Dico nihilominus τὸ (8π4π.) non habere (M.) idque eo, quia sequeretur voculam (4θπ.) desinere & terminare, si τὸ (4.) est (a,) in (imam,) si hoc: Vocula (4θπ.) primam

primam fortietur (*a*, tertiam *M*,) illatum verbum. Si: (*inum*,) vocula ($4\theta\pi$,) primam accipiet *a*. Secunda latet, tertia est *M*, ut necessarib emergat (*vim*,) Accusativus à vis. Sed ex *ixolira*, si τ^1 (π ,) est *M*. est τ^1 (8,) littera (*i*,) secundum Regulam decimam τ^2 *M*. Si hoc, tunc (8,) erit (*i*,) non (θ ,) quem tamen pro (*i*,) in vocula ($4\theta\pi$,) cogor habere. Neque τ^1 (π ,) est (*N*,) Argumentum est, quia Littera *N*. juxta Regulam octavam τ^2 *N*. non est ultima in utraque medietate. Si hoc, tùm ($8\pi 4\pi$,) non habebit (*N*,) quia est secunda & quarta, & consequenter media in utraque medietate. Secundum Argumentum petimus à voce ($9\pi 9\theta\text{SSI}$,) Si secunda est *N*. prima τ^1 9 necessarib vocalis existet. Non *a*, non *o*, non *e*, quia hæ non ita geminantur. Nec *u*. propter eandem rationem. Ergò τ^1 (*i*,) restat, ut sit *inisti* vel tempus ab eo descendens à Nullum autem cùm applicari possit, concludimus τ^1 (π ,) non repræsentare *N*. Tandem non est *S. T.* ob vocabulum (Num. 83,) prima vocalis est, si τ^1 (π ,) est consonans (*S.* vel *T.*) Ergò ve *e*, vel *i*, *o*, non dico: *Esee*, &c. non *Issi*, non *Osoo*. (*usuum*) quidem Latinum est, sed deficit numero Litterarum. Non *Q*, quia sequitur diversa in vocolis $\theta\pi 2$. $2\theta\pi 4$. Consonantibus remotis plerisq; Vocales assumo, & dico, si character (9) est consonans, quod ostendetur inferius, τ^1 (π ,) erit vocalis. Non (*a*) quia quæcunq; præ vel postponatur nullam latinam parurit vocem. Si (*E*) tunc pariter illatina emergit vox, si τ^1 (*i*,) sit in medio, nulla resultat latinæ originis vox, nisi sis Si (*o*) enascitur (non,) (*tot*,) si (*u*,) ùm erit (*su*,) Hæc sola supersunt examinanda,

da, de quibus examine peracto pronuncio. **T** (9.) non denotare *S.* propter vocem (83. Numero,) non *tot.* quia **T.** non initiale ac geminatum eo ordine, quo (9.) conspicitur in vocabulo (83.) non *usu.* quia (9.) non est (*u*), ut demonstrabitur. Ergò. *Non.* Cujus primam & tertiam esse *N.* infra ostendemus. Est ergò **τ** (π.) determinatè *O.* litera.

Octavus character (8.) non est *B. F. G. H. L. P. Q. X. Z.* cum quia **τ** (8.) est initiale in vocula duarum litterarum num. 23. cum quia (8.) est finalis in verbis Latinis duodecim litterarum, quæ rationes excludunt **τ** (8.) à vi repræsentativa **τ** *B. F. G.* ubi monendus est Lector, quinque, sex, septem rationes quandoque afferri posse, demonstrativas, characterem hunc vel illum non esse hanc vel illam litteram, ut hîc loco probare possum **τ** (8.) non pro (*F.*) substitutum rationibus multis. Prima juxta primam Regulam **τ** *F.* **τ** *F.* non est in vocalis duarum litterarum; stante hac regulâ, **τ** (8.) non est *F.* quia in **τ** (85.) est initiale. Juxta secundam, quâ dicitur (*F. non est secunda dictionis littera*), nequit **τ** (8.) sustinere vicem **τ** *F.* quia in voce Num. (65.) secunda est ab initio. Juxta tertiam, quæ hæc est: *F. non occurrit bis nisi geminetur aut initiale sit character* (8.) Non suppositus est pro *F.* quia in vocabulo (80.) Num. bis occurrit, imò finale simul, quod repugnat litteræ *F.* vi Regulæ decimæ **τ** *F.* Juxta Regulam septimam character (8.) non est (*F.*) quia *F. non ter occurrit in voce*, quod hic de **τ** (8.) in vocabulo (80. num.) observatur. Juxta nonam, quia (8.) in vocab. Num. (150) est penultimum nequit supponi pro *F.* Hic puto, videt Lector, removeri quandoque characterem ab officio signifi-

significandi litteram determinatam ex motivationibus. Quo ipso ostenditur, quanta sit regularum nostrarum utilitas, simul soliditas, quam hactenus nemo praeiit. Pergimus & affirmamus categoricè: Character (8.) non significat (N.) Primò quia N. non est initiale & finale simul, ut hic τὸ (8.) observatur in vocalâ 85. 8. Num. 120. Excipis plurima esse vocabula excepta sub regulâ litteræ N. sextâ. Resp. nullum quadrare potest, sed excluduntur omnia ob multitudinem excessumque litterarum, quia excepta quinque, sex, septem, &c. litteras continent. Instas, & si cœtera expungantur, superesse tamen adhuc Neon, quod respondeat quoad numerum litterarum præcisè quaternarium τὸ (8518.) sed nec hoc per hos characteres representatur, quod confirmatur ex collatione vocalæ (618.) si τὸ (8518.) denotat (Neon,) tunc (8.) est N. (5. est E.) 1. est o. & per necessariam connexionem & sequelam vocalæ (618.) terminatur in on, primâ nondum inventâ. Ex consonantibus illa nulla esse potest, cum quia τὸ (6.) in 662. vocalâ Num. 142. ab initio geminatur, quod Latine Lingue insolitum, nullam ab initio geminanti consonam, ut Hispani faciunt; cum quia præciso τὸ (662.) positoque non existere in scripturâ, (neque enim τὸ iis, in quâlibet epistolâ occurrit,) si τὸ (6.) esset consonans, absurda prodiret vox (618.) *bon, con, don, gon, fon, lon, mon, &c.* Sic percurrendo omnes consonas Alphabeti, ex consequente absurdo τὸ (6.) non potest representare consonantem. Hic enim syllogismus est: si τὸ 6. in (618) significat consonam, tunc 618. denotabit con, bon, don, &c. sic posterius est absurdum. E. & prius. Excipis, quamvis consonans non representatur

tem per (6.) non tamen sequi non esse Vocalem.
 Resp. Non esse vocalem, *a, e, o, u*, quia non dicitur.
aen, eon, uon, oon, quæ barbara sunt & incondita.
 Solum *s.* restat, ut sit vocula (*Jon,*) unde *Jones*, *Afiz*
populi. Sed & hic affirmo $\tau\theta$ (618) non repræsen-
 tare voculam (*Jon,*) idque ex collatione (127. vo-
 cab. Num.) 86226. Si $\tau\theta$ (8.) est *N.* $\tau\theta$ 6. est (*i,*)
 tunc hæc dictio pronunciabitur *nicci, nbbi, niddi,*
niffi, niggi, &c. quamcunque Alphabeti litteram $\tau\theta$
 6. postponas, vox emerget insolens. Experietur
 Lector ipse & interponat singulas consonantes, vo-
 calesque geminabiles, & me vera dixisse deprehen-
 det. Neque enim conjecturis nitimur. Itaque
 $\tau\theta$ (8.) non esse *N.* jam confirmatum est satis;
 Potestque ex abundanti adhuc aliter demonstrari
 ex collatione vocab. (86. N.) nempe 859, 58. nec non
 (101. Num.) 81 / 618. item Num. 113. ubi $\tau\theta$ (8.)
 dictionem inchoat & claudit. Dein aliâ adhuc
 ratione eâque novâ ostendere possum $\tau\theta$ (8.) non
 esse (*N.*) idque ex reg. 9. $\tau\theta$ *N.* verba sunt hæc: *N.*
si ser in dictione occurrit, non est finale. Hæc est Pro-
 positio Major, Minor: Atqui $\tau\theta$ (8.) in voculâ (80.
 Num.) bis ante finem ponitur. Ergo $\tau\theta$ (8.) non
 est *N.* Exceptiones Regulæ non $\tau\theta$ *N.* accommo-
 dari hîc nequeunt; partim quia numero litterarum
 præcise non consentiunt, vel excedendo, ut: Con-
 stantinopolin; vel deficiendo, ut reliqua omnia,
 quorum nullam undecim litteris, sed paucioribus
 constant; partim quia si numero litterarum præ-
 cise convenirent, sicutamen & ordine differrent;
 Vocabulum enim (80. Num.) habet quartam, septi-
 mam & undecimam eandem, quod multo fit aliter
 in exceptis vocabulis. Taceo ultimam nempe un-
 decimam

decimam Reg. $\tau\bar{u}$ N. quod nimirum non standat latinum verbum, si tertia & quarta à fine numerando retrorsum littera eadem sunt. Hic in epistolâ nempe (113. vocab.) $\tau\bar{o}$ (8.) dictionem finit tertiâ & quartâ à fine eâdem, ut apparet. Ergò non est N. Progredior dehinc & ajo $\tau\bar{o}$ (8.) non denotare (o.) Conferendo voculam (85.) cum 5225. & 662. Si character (8.) est (o) $\tau\bar{o}$ (85.) sonabit vel ob, vel os, vel ob. Hæc enim tantum vocabula habent (o prior-rem,) $\tau\bar{o}$ 5. non est b. quia b. non est finale, ut scripius hic de (5.) conspicitur. Neque est (s.) quia si $\tau\bar{o}$ (5.) significat (s,) $\tau\bar{o}$ (5225.) est vocula (snus,) non enim dico (saas, sees, fss, soos.) Sed z. non est vocalis, verum consona, ut demonstrabitur infra. Non ob, quia $\tau\bar{o}$ H. non est finale, ut est $\tau\bar{o}$ 5. Ergò evincitur $\tau\bar{o}$ (8.) non esse supposititiam $\tau\bar{u}$ (o,) propter enascentia inde absurda. Neque est R. quia $\tau\bar{o}$ R. juxta Reg. sec. $\tau\bar{u}$ R. non est in vocules duarum litterarum initiale. Exc. Re. Ceterum $\tau\bar{o}$ (85.) quæ est vocula Num. 23. nequit significare (Re.) Idem probo ex *involucris* inventi Q. quod exprimitur vicario characterè γ vocula 64. Num. & c. Si 85. denotat (re,) vox γ 50. terminabit dictionem in *quer.* vocabulum alienum. Ergò ex consequente absurdo prius quoque erit rejiciendum. Ostendo (2.) præcisâ *involucris* $\tau\bar{u}$ Q. nondum reperti ex collatione vocum 85. Num. 23. 8518. Num. 121. (86226) Num. 127. & vocula 6556. Num. 145. Juxta Regulam $\tau\bar{u}$ R. tertiam; Littera R. non est in voculis trium quatuorque litterarum initiale & finale. Exc. rear. reor. Jam quaeritur, an $\tau\bar{o}$ (8158.) significet reor, an rear? & ajo, quanquam ex dictione per se solâ consideratâ non repugnet; tamen repugnare ex

ex collatione cum aliis in epistola occurrentibus dictionibus instituta, quales sunt (618.) cujus ultima desinunt in *ar*. Si τὸ 8518. significat (*rear*), character (6.) primus character vocalis (618.) non est *b, c, d, g, h, l, m, n, q, s, x, y, z*. tūm quia quolibet harum litterarum præfixa inconditam producit dictionem: Nec enim dicimus, *bar, car, dar, &c.* tūm quia, si dictiones hæc latinitate gauderent, pleræque tamen primo loco stare nequirent, significarique una earum per (6.) quia 6 necessarium est vocalis ex vocali (662.) tūm quia præciso vocabulo (662.) & non aucto, tamen posset evinci τὸ (6.) in (618.) nullam ex enumeratis consonantibus esse ob vocabulum (86226.) si τὸ 8. est (*R*.) & (6) consonans, quæ illa erit, ut iusta conficiatur vox. Excipis dari vocabula Latina desinentia in *ar*, quæ consonantem admittant, in vocali *Nar*. Sed Resp. τὸ 6. non posse esse consonantem *N*. demonstratur ex vocali (6556.) Si (6.) existeret *N*. tunc antecederet geminatam secundam & tertiam, quod est contra Regulam τὸ *N*. primam. Dein τὸ (8.) non esse *R*. demonstro, quia sequeretur vocabulum 86226. inchoare à τὸ (*rn*.) quo modo nulla incipit dictio. Ita vides, Benevole Lector, τὸ (8.) non esse *R*. Urges: si non *rear*, tamen *reor*, Indicativum Præsens stare posse. Resp. Nequaquam, si sit 8518. *reor*. vocali (618.) desinet in (*or*), primam nondum evolutam. Possum, nescire me (6.) determinatè esse vocalem. Ajo non esse consonantem in vocali, cujus duæ finales terminant in (*-or*.) quia quæcumque consona præfigatur, absurda exurgit vocali. Quis enim legit in Latinis Autoribus, *bar, dor, for, gor, &c.* Excipis: Cur non *cor, cordis*. Contrà non significat vocali.

618. *cor*, quia (6.) non est c. tūm quia character hic in vocula Num. 120. initiale est in voculā duarum litterarum, nempe (69.) tūm quia est initiale & finale in voce quadrilittera, nempe in (6966.) tūm quia si *τὸ* (6.) & c. & (8.) est R. vox (86zz6.) inchoaret à duabus consonantibus, nempe R. C. quod adversatur Latine Linguae. Præterea non est s. ad cuius remotionem suppono primo ut *ἰξαρῶν τὸ* (1.) characterem solitariè positum esse unam ex vocalibus *a, e, i, o, u*, enim apud Latinos non conficit vocabulum. Secundò characterem (5.) necessariò esse vocalem, si (8.) est consonans s. ut *τὸ* 85. significet vel *se* vel *si*. Reliquas enim bilitteras voculas ab s. incipientes inque vocalem aliam, quàm i & e, desinentes ignorat prorsus Latinum idioma supposito igitur *τὸ* (8.) representare (s.) tum vocula (8518) desinet vel in *fiat*, vel *sies*, vel *sios*, vel *seas*, vel *seis*, vel *seos*, quæ singula ob absurditatem suam expuigenda; ut taceam, *τὸ* (2) characterem esse (s.) ut infra demonstrabitur. Tandem non est (u,) quod ostendo ex eadem voculā (85.) collatā cum (8518) si 2. est (u,) vocula (85.) significabit vel (*ut*,) vel (*us*,) sed neutrum quadrare deprehendes conferendo *τὸ* (85.) cūm *τὸ* (8518.) Hæc quippe dictio formaretur hoc modo: *utan, uten, utin, uson*. Si *τὸ* (85.) esset (*ut*,) cūm (1.) character sit necessariò vel (*a*,) vel (*e*,) vel (*i*,) vel (*o*,) si *τὸ* (5.) significaret (*i*,) hæc emergerent vocabula: *vian, vien, uen*. Igitur, sūm posterius sit absurdum, absurdum quoque erit prius, & consequenter *τὸ* (85.) non denotabit (*us*, *us*,) quæ sola apud Latinos dictionem inchoant: Neque esse T. probamur. ex (85.) quippe quæ bilittera dictio, significaret vel *in*, vel *is*, vel *Ti*, præterea, quod

quod antiquum est. Nullum istorum significatur per (85.) ob vocalam (8518.) in qua suppono $\tau\delta$ (1.) esse vocalium unam vel *a*, vel *e*, vel *i*, vel *o*. ut denotaret vel *teat*, *teit*, *teot*. si $\tau\delta$ (5.) esset (*e*.) Non (*th*.) quia (5.) non potest notare (*n*.) ob vocalam (5225.) quippe cum nulla dictio quadrilittera incipiat ab (*n*.) & definat in (*n*.) mediâ geminatâ, ut hîc fit. Neque (*Ti*.) ob eandem rationem, ob quam $\tau\delta$ *Tn*, & *Te* exploduntur. Præterea ex vocalibus $\tau\delta$ (8.) nequit repræsentare *A*, *E*, *I*. $T\delta$ (8.) non est (*a*.) quia vocula (85.) denotaret *ab*, *ac*, *ad*, *an*, *as*, *at*. At nullum horum significat, quia character (5.) non est *b*, *c*, *d*, *n*, *t*. idque ex comparatione vocalæ (5225.) quæ apertissimè arguit $\tau\delta$ (5.) nullam esse ex his. Non *E*. aut enim sonaret vocula (85.) *en*, *es*, & *ex*. Non (*en*.) quia aliàs $\tau\delta$ (*N*) in voce (5225.) esset initiale & finale; vel initiale secundâ & tertiâ eâdem. Non (*es*.) quia sequeretur $\tau\delta$ (*z*) necessariò esse vocalem in vocula (5225.) significaret (*sus*.) quod repugnat, quoniam vocalis trilittera (662.) definirer in (*iss*.) barbaram vocem; Ulterius si (8.) esset (*s*.) & (6.) (*i*.) & (*z*.) *n*, quod necessariò fieri deberet, si $\tau\delta$ (5225.) denotares (*sus*.) vox (127. Num) hanc sequelam litterarum nancisceretur (*eius*.) quod inconditum. Non (*et*.) ob vocalam (5225.) quâ *T*. esset initiale secundâ & tertiâ eâdem. Non (*ex*.) quia *x*. non est initiale in vocalis duarum litterarum, quod tamen videre est de character (5.) in vocalâ (*ex*.) Non (*i*.) quia (85.) vocalis significaret disjunctivè unum ex sequentibus, *id*, *in*, *ir*, *is*, *it*. Nullum denotat, quia *D*, *N*, *R*, *T*. non sunt initiales secundâ & tertiâ eâdem, quæ forma hîc observatur in (5225.) Neque (*s*.)

ut (85.) sonaret (*is*.) quia in vocula (5225.) *ri* z. necessario esset vocalis, quod absurdum ex collatione 662, elucet. Excipis: *ri* (85.) posse denotare *ei*, *ei*, *eo*. Respondeo: Nullum. Non: *ea*, quia reciprocum (5225.) sonaret vel *assa*, vel *atta*, (*za*) enim esse alterutrum horum constat ex (662.) vel *iss*, vel *ist* significans. *Atta* Latinum non est. Ergo *assa* relinquitur. Sed nec hoc quadrat ob vocem (86226.) si prima est (*e*), tertia & quarta est (*s*.) si secunda & ultima est (*i*.) emerget vocula *eissi*, barbarum extra controversiam vocabulum. Non significat (*ei*), quia *ri* (6.) est (*i*), non (*eo*), quia vox (8518.) infallibiliter hunc litterarum sortiretur ordinem, *eoao*, *eoio*, *cono*, barbara & eliminanda vocabula. Non (*jo*), quia *ri* z est (*i*), ut ita peracto ratiocinio relinquatur *ri* (8.) characterem determinatè affirmativè esse *ri* *M*.

Nonus character *Y*. non est *F*. quia hæc littera non est penultima in latinis verbis, ut de characterē *Y*. hic observare licet. vid. Reg penultimam *ri* *F*. cujus exceptiones applicari nequeunt, quia earum nulla secundam & ultimam habet similem, ut hic (86Y6.) cernitur. Non *Q* tūm quia (*Y*.) est penultimum; tūm quia eum diversi sequuntur characteres; tūm quia non occurrit inter similes litteras, vid. Reg 8. 9. sub littera *Q*. quæ regulæ excludunt characterem ab officio representandi litteram *Q*. quippe qui in vocabulo secundo epistolæ est inter similes, in eodemque vocabulo antecedit characterem (5.) in (*Y* 3.) voculā vigesimā *ri* (10.) qui distincti sunt characteres, & denique sit penultimus in voce (Num. 138.) Non *x*. quia *x*. non est iniale in trilitteris dictionibus. Nec *y*. quia planè hoc
non

non est initiale, nisi in quibusdam hic in applicabilibus. Tandem non z. quippe quæ littera juxta primam z. Regulam non occurrit in oculis duarum & trium litterarum. Exc. *aza, zea, oza*. Primum & ultimum representari nequeunt per (χ_{w}) quia in *aza*, & *oza* τ° z. est secunda littera, & quæstio non fit de τ° (π) sed χ , quæ tamen z. representare nequit ob voculam η . Num. χ_{6z} . quæ definirer & sonaret: *zea*. Jam, si τ° (6.) est E. & z. (a.) tunc vocula (66z.) talem litterarum seriem illatam fortiretur: (*oca*), ut ex consequenti absurdo τ° χ . non sit z.

Ergo relinquuntur omnes litteræ præter

F. Q. X. Y. Z.

Promovemur jam ad decimum characterem, cujus figura est δ . Græcum, quo de quæritur, quid potestatis habear. Dicimus: Non esse F.G.P.Z. quia hæ litteræ absolute in nullo vocabulo Latino finiunt, quod hic fit (vocab. Num. 18.) Non B. C. H.Y. quia nullum horum est finale in vocabulo octo litterarum, cujusmodi est vocab. (Num. 18.) Excipitur, τ° *quicquid* habere præcise octo litteras, & consequenter posse significari per vocem $\eta_{\text{6z59,56}}$. Resp. nihil minus; cum quia siu litterarum sibi contrariantur, cum in *quicquid* prima & quinta sint similes, in vocabulo autem Num. 18. quarta & septima eadem sint: dein quia in τ° *quicquid*, secunda & sexta, item tertia & septima convenient, eademque sint litteræ, quod multò fit aliter in supra collocato vocabulo, in quo solum quartus & septimus character eadem gaudent formâ facieque, cæteris omnibus diversis. Accedit, quodd, posito, si vocab. Num. 18. conveniret litterarum ordine si-

E ;

aque

cuque, scriptumque esset hac formâ: §62562d. ni-
 hilominus non repræsentaret *quicquid*; cum quia
 character (§.) non est Q. ob multas rationes, ac in-
 dicia; cum quia penultimum est in voce Num. se-
 cundâ; cum quia geminatur vocalâ (145. Num.)
 ut cœtera taceamus. Dein posito r̄ (5.) posse esse
 Q. r̄ (5.) non erit (c.) quia in vocalâ (en) est initia-
 lis in vocalis duarum litterarum. vid. secundam
 Reg. C. Præterea constat ex vocalâ (61. Num.) r̄
 (d.) non significare (D) quia secunda est ab initio,
 & simul dictionem claudit, qualem situm ordinem-
 que litterarum nec r̄ *aliquid*, nec *aliquid*, nec *un-*
quid, in D. desinentia, subquæ exceptionibus litteræ
 decimæ r̄ D. comprehensa, habent, ut primo quo-
 que aspectu cuivis apparebit. Non est C. partim
 quia littera C. juxta Regulam decimam r̄ C. *bis oc-*
currens non est finalis. Exc. *condic*, *contradic*, &c.
 Si hoc: Ergo r̄ (d.) in (p̄d1545d.) non est C. Exce-
 ptarum nulla accommodabilis est, quia in exceptis
 littera C. est initialis & finalis simul, contra in voca-
 bulo Num. (61.) secunda & ultima æquales, quæ est
 magna differentia, ut silentio præteream excepta vo-
 cabula vel numero litterarum superiora vel inferiora
 esse. Solo *calesac* excepto, quod tamen expungi
 debet ob situm litterarum differentem; partim quia
 C. *non est finale in verbis plurium quàm septem litte-*
rarum. Ex hoc axioma colligo r̄ (d.) non vale-
 re (c.) quia in vocabulo Num. 18. octo litteris
 constante dictionem terminat. Exceptiones Re-
 gulæ octavæ r̄ C. subnexæ non quadrant; cum
 quia sex posteriora excepta verba numero littera-
 rum nostrum vocabulum octo litterarum exce-
 dunt; cum quia situm & ordine litterarum distin-
 guantur

guuntur evidentissimè. Non est *L.* quia juxta Regulam *et L. nonam*, *L. non occurrit ter, nisi geminatur.* Ex quâ Regulâ concludo *et (d.)* in vocalâ (Num. 90.) *ter* occurrens, nec tamen geminatum excludi à potestate significativâ litteræ *L.* sicut tandem ob parem rationem haud valet *X.* quia *(d.)* occurrit *ter* in dictione (Num. 90.) quod est *et x.* adversum juxta ejus regulam nonam.

Ergò relinquuntur Vocales; *a, e, i, o, u.*

Consonantes, *M. N. R. S. T.*

Pergimus dehinc ad characterem §. undecimum, de quo secundum Regularum tenorem affirmamus. Non esse *H. Q. X. Y. Z.* quia hæ simpliciter & nunquam geminantur. vid. Regulas: Primam *et H.* secundam *et Q.* Primam *et x.* secundam *Y. & Z.* quarum posteriorum duarum Regulæ non quidem expresse dicunt, sicut de superioribus *H. Q. X.* *Non geminatur*; tamen virtualiter continent. Si enim *Y. & Z.* bis non sunt in dictione, tunc neque geminantur, cum geminari sit species duplicis occurſus. Non *F.* quia hæc littera non est penultima; ut hîc vocabulo secundo observatur character (§.) Non *B. C. D. M. N. R. S. T.* idque ideo, quia singuli characteres interpositi in medio vocalâ 6556. non possunt generare Latinum Vocab. ex suppositione vel collatione litteræ (*s.*) ejus character (6) necessarius est (*s.*) quis enim dicit *scis, iddi, &c.* Neque est *G.* quia, præterquam quod *G.* non possit interjungi ob absurdam emergentem vocalam (*iggi,*) *et G.* secundum octavam Regulam litteræ *G.* *Non geminatur inter similes*, quod hîc fit in (6556.) sic omnes Consonantes excepto solo *L.* remonentur. Excepis: *et §.* valere posse vocalem. Respondeo: Non

•, quia juxta primam Regulam *A* geminationis nescia. Non *E*. quod hoc loco non geminatur antecedente vocali & claudente eadem ut fit in (6666.) Non est (i,) quia absurdum prodiret vocabulum, quzunque praponeretur & postponeretur consona; Non (o,) ob eandem rationem. Ut solum superfit (u,) & emergat vox (juvi,) tandemque relinquatur ex Consonantibus *L*. ex Vocalibus (u.)

Duodecimus character est (z.) quo de medianibus nostris Regulis statuimus. Non esse, prapscindendo à rā (66z.) quod evidenter demonstrat x^o z. esse *S*. vel *T*. totiusque Scripturæ incognitæ clavis est, prapscindendo inquam, quasi esset in epistola omissa. Non esse dicimus ex consonantibus, *F. G. P. Q. H. Z.* tùm quia hz partim absolute loquendo non sunt finales. Partim, quia aliquæ non geminantur, in quorum numerum referri debet x. Non *B. C. D. L. N*. quia nulla harum litterarum est geminata & finalis simul, vid. Litteram septimam x^o *B*. ita conceptam: *B. non est finalis in Latinis verbis*: Exc. *ab, ob, sub*. quorum nullum habet prapcedentem geminatam *B*. & simul finalem, quem ordinem Litterarum exhibet vocabulum (N. 42.)

q^o 22080z. Regulam nonam & decimam x^o *C*. Nona hoc concepta modo: *C. non est finalis in verbis geminatam habentibus*. Ex quo infero: Ergò non est finalis & geminata simul. Exceptiones regulæ subjunctæ e. gr. *addic, &c.* non exprimunt vocabulum (42. Num.) quia *C*. ibi quidem est finale sc. in *addic, adduc*, sed prapcedente geminata planè ab ultimâ quoad potestatem diversa; hic verò prapfus eadem. Idem concluditur ex regulâ decimâ x^o

C.

C. quā dicitur : *bis occurrens non est finalis.* Si hoc ita se habet tūc $\tau^2 z$. non est *e*. Ratio est, quia *bis* occurrit & finale simul est. Juxta Regulam (*L.*) octavam & undecimam. Illam quidem ubi Regula occurrit : *L. bis occurrens non est finalis.* Infero $\tau^2 z$. in voce Num. 42. *bis* occurrit & est finale. Ergo $\tau^2 z$. non repræsentat $\tau^2 L$. hanc verò : Quia exiat : *L. non est finalis in verbis geminatas habentibus.* Subsumo : *z.* est finale in voce geminata affecta. *E.* non est *L.* maxime, cū antecedit geminata eadem cū ultimā, quod in vocabulis : Annibal, Hannibal, nonnihil &c. secus est; ubi finalem *L.* non antecedit idem geminatum *L.* sed *N.* & *M.* vid. Reg. undecimam $\tau^2 L$. Tandem secundum nonam Regulam $\tau^2 N$. quā hic exiat canon : *N. si ter occurrit in dictione non est finale.* Atqui hic $\tau^2 z$. ter occurrit. Ergo. Ulterius affirmo characterem (*z.*) non valere *M.* quod probō, ex collatione vocularum inter se & Regulis ipsis, præscindendo neque ullo modo attendendo ad τ^2 (662.) Hanc enim voculam ne exire quidem in scripto hoc loco ponamus. Probo inquam, non valere *M.* sequentibus rationibus. Primo ex collatione voculæ (*z6*) & (*z67*.) si $\tau^2 z$. est *M.* tunc *z6*. significat vel *Ms*, vel *Me*; Tertium non datur. Non (*Ms*.) ob voculam (*z67*.) cujus prima est ex suppositione *M.* secunda est (*i*.) tertia incognita; Quæ neque consonans, neque vocalis est, quia quilibet in fine posita absurdam generat vocem, quis enim audit latinam vocem : *nia*, *nie*, *nio*, *niu*, quis *nib*, *nice*, *nid*, *nif*, &c. Ergo ex consequenti absurditate prius erit absurdum quoque. Dein, si τ^2 (*z6*.) est & significat *Me*, cerè vox reciproca

quædamque Literarum, vel *animo*, vel *animi*, vel *ommo*, vel *ummu*; quæ barbara sunt vocabula, ideoque expungenda; Non (*Emme*,) quia, si *re* (26.) est *E*, in 26, *Me*, *re* 5. in 5225. nequit representare *E*. Tandem si *re* 26. denotat (*Me*,) vox (86226.) definit in *emme*; Quæcunque primo loco ponatur, siue sit consonans, siue vocalis, inconditam edis vocem; Non enim dicitur Latinis: *bomme*, *commo*, *demme*, &c. Par ratio eliminat *re* (*Me*,) quod quidem supra jam exploratum est. Si *re* 26. significat (*mi*,) vox (86226.) finitur in *immi*: Initialis quæcunque anteponatur non reddit vocem Latinis usitatam. Nunquam namque invenes *bummi*, *simmi*, *dimmi*, &c. Neque est *R*. quia sequeretur vocabulum reciprocum, (5225.) in quo *z*. geminatus character occurrit sonare, (*arra*, *erre*, *irri*, *orve*, *arra*,) quæ barbara sunt. Adde, quod repugnet vocabulum 0202. vox 109. Si *re* 2. est *R*. desinit vocula vel *arar*, vel *erer*, vel *inir*, vel *orer*, vel *arar*, sed nullum Latinum est. Ergo *re* (26.) prima littera non est *R*. Tandem ex Consonantibus non est *T*. tùm propter voculam (26.) quæ significaret vel *Tu*, vel *Te*. si (26.) significat (*Te*,) tunc 26. ultimam habebit aut vocalem aut consonam. Nulla vocalis ultimo substituta loco Latinum efficit vocabulum; Neque ulla consonantium id præstat, solis exceptis *re* *N*. ut sit (*ten*, apostrophatum pro *tene*, & *R*. ut emergat vocula *Ter*,) *Tu* (1.) characterem non valere *N*. demonstrabitur infra. Restat igitur *re* (*Ter*,) sed neque hoc accommodari potest. Si enim *re* (1.) significat *R*. tunc vocula (*ru*) & (*ru*) utraque

utraque terminabitur in *R*. quod Latinis insolens, qui non nisi unieam voculam, eamque rarissimam finiunt in *R* scilicet *rò* (*IR*.) alii (*HIR*.) cum propter vocabulum (86226.) si (26) repræsentat *re*, tunc vocabulum 86226. finitur in (*esse*.) præfixâ sive consonâ sive vocali, non prodit ulla vox Latino idiomati nota. Multò minus autem *rò* (26.) repræsentat (*re*.) idque ob vocabulum (86226.) defiturum in (-*stte*.) quale Latina Lingua vocabulum novit nullum. Dein, præciso hoc, ob vocem (2242.) repugnat. Si *z*. est *T*. vox hæc formabitur vel *atat*, vel *stte*; Tertium quæcumque non datur. Insto: Si character (*z*.) repræsentat (*T*.) vocula reciproca (5225.) desinet vel in *atta*, vel *ette*, vel *itti*, vel *otto*, vel *stte*;) Omnia incondita sunt (solo (*otto*.) excepto. Sed nec significat (*otto*.) quia alias sequeretur *rò* *z*. esse *T*. in (26.) quod repugnare supra evicimus collatione vocabulorum. Super sunt vocales *a, e, i, o, u*, ex iis, non sustinet vicem *rò* *A*. quia (*z*.) geminatur id quod à *rò* *A*. removeretur Regula primâ: *A*. non geminatur in Latinis verbis. Exceptionum nulla quadrat. Non est *E*. tum quia *E*. si geminatur & dictionem claudit, est quarta vel quinta ab initio dictionis, sicut in vocabulo e gr. *præexistere*, quarta & quinta utraque est *E*. ultimâ etiam *E*. Juxta hanc Regulam *rò* (22) in vocab. Num. (42.) non valet *E*. quia est geminatum & finale, nec tamen est quarta vel quinta dictionis litera. Excipis sub Regulâ quartâ *rò* *E*. multas contineri exceptiones, in quibus aliqua saltem queat repræsentari per (86226602.) Verùm nulla quadrat, & quia numero literarum vocabulum epistola

stolz nostræ Num. 42. excedunt, pluresque octo litteris constent: & quia quædam deficient, quales sunt: *ereere, deesse, Estion, Eeta, &c.* & quia ordine sicque litterarum notanter differunt; Nolum enim istarum tertiam & quartam habet *E.* geminatam & finalem, ut hic *z.* conspicitur contestam in statione tertiâ & quartâ subsequente finali seipsâ; Ob quam rationem *recreere*, quamvis numero litterarum præcisè attento conveniat, octoque etiam litteris adæquatè constet, expungitur; cum quia in hoc *recreere* quater occurrit, in vocab. autem Num. 42. tantum ter; cum quia in *recreere*, quinta & sexta sunt geminæ, in nostro verò tertia & quarta; cum quia in *recreere* quinta & septima simul non sunt eadem, sicut in vocabulo nostro *recreere*, quinta & septimâ à principio statione collocatum vides. Præterea ex vocabulo (5225.) evidentissimè demonstrari potest *recreere* non significari per characterem (*z*) quia quæcunque consona & vocalis *re* geminato (*zz*) à fronte & tergo ponatur, incondita emerget vox; non enim dico: *beeb, ceec, deec, &c.* Solum *M.* excipitur, ut vocula reciproca (5225.) repræsenret: *meem.* sed nec hoc quadrat; quia *re* (5.) primus & ultimus character non est (*M*) quod in vocula bilittera (85.) voculâ Num. 27. esset finale, id quod est contra Regulam octavâ *re* *M.* quâ dicitur: *M. in voculis duarum litterarum non est finale.* Nec vocalis, *i, o*, significantur per geminarum characterem (*z*) Non (*i*) cum quia juxta litteræ *I* Regulam primam: *Geminatum I sequitur C. S. T. aut V.* si in vocabulo Num. 42. *re* *zz*: geminatum est *i.* character *i.* sequens immediate erit vel *C.* vel *S.* vel *T.* vel *V.* sed non est *C.* character

radet. Partim, quia (.) non est initiale in vocali
duarum litterarum, ut character *h*. videtur; Par-
tim, quia si *z*. effet *i*, & *h* *c*, vocula *iziz*. sonaret
(*cici*.) Neque *z*. repræsentat *S*. quia *iziz*. signifi-
caret *Sisi*. Neque *z*. est *T*. quia nasceretur ex *iziz*.
vox *Titi*, quæ singula sunt *æperdiuena*. Tandem
relinquitur *z*. quod sequitur geminatum *zz*. in
voc. Num. 42. posse esse (*u*), cum quia, quæ ratio est
solidissima, *z*. est in (5225.) geminata, existente
primâ & ultimâ eadẽm. Quæ vox illatina sit, si in
medio sit geminatum *z*. Non enim dicitur: *biib*,
enc, *dic*, &c. nullaque invenitur, emergitque Lati-
na dictio, etsi totius Alphabeti Latini vocales juxta
ac consonantes applices. Tandem concludo di-
ctoque *z*. non esse (*u*) Excipis *z*. (5225.) posse
significare Pronomen (*sum*.) Resp ex collatio-
ne vocalium: 26. 6556. 86226. Si *z*. est (*u*),
tunc vocula 26. est vel *vi*, vel *ur*. Posterius non de-
notatur per 26. scilicet ut notet *ur* conjunctionem,
quia (6556.) vocula Num. 145.) primam & ul-
timam haberet (*T*.) 6. enim est *T*. si 26. signat (*ur*);
& media vocalis, *a*, *e*, *i*, *o*, qualiscunque geminata,
interponeretur, non oriretur latina vox; inaudita
quippe sunt, *taat*, *teet*, *isut*, *toot*. Tò *u*, expungitur,
non tantum, quia barbara vox produceretur, sed &
posito esse Latinam vocem (*sum*.) idèd tamen ex-
cluderetur, quia (*z*.) suppositui esse *u*, non (*z*.) qui
characteres omninò ut differunt figurâ externâ, ita
potestate quoque, ut consequenter diversas quoque
significent Litteras. Si igitur *z*. (26.) non signifi-
cabit (*ur*), necessariò relinquetur, *z*. (*vi*), sed nec
hoc significari evinco ex vocabulo (86226) *z*. 6. est
(*i*), *z*. est (*u*), ut vox terminetur *javi*. Prima
incognita,

incognita, nulla potest esse littera neque consonans nec vocalis; quia quaecunque praeponeretur illi, nam vocem ederet, ut praefigenti omnes Alphabeti litteras manifestum erit. Ergo π (26.) significat neutrum nec π , nec ν , & consequenter z . non erit (π .) Neque (ν .) potestatem possidet π & z . partim, secundum Regulam litterae O . quartam: O , si geminatur est secunda ac penultima littera, sicut est in *coordino* & *atctoo*s. Si vera est hae regula, π (22.) geminatum in vocabulo (42. Num.) non erit (ν .) quia est tertia & quarta ab initio & praeterea finalis simul, cui verbum simile nullum sub regula quartâ π O . contentarum exceptionum habetur: cum quia aliquae numero litterarum superant, cum quia aliquae deficiunt; cum quia situ litterarum differunt; nulla quippe istarum exceptionum quartam & tertiam habet geminatas, praeter *Theosa*, *Theotes*, *Theontis*, *Proemium*, *Proemior*: Sed hae non accommodari queunt, & quod ut supra dictum, pauciores habent litteras, ut *Theosa*, *Theotes*, & quia (π .) character non est (ν .) quia est finalis, quod π H . adversatur, ex qua ratione quoque (*Theontis*;) quamvis octo constet litteris, expungitur, praeter rationem, quod in voc. 42. Num. quarta & septima sunt etiam similes, quod in *Theotes* non reperio: *Proemior*; *proemium* excedunt litterarum simul numero, simul situ. Excipis *Proemium* posse locum habere & significari per vocab. (π 220802.) Resp. Quanquam in *Proemio* sint octo praecise litterae & in hoc conveniat cum vocab. N. 42. conveniat etiam in eo, quod O . sit tertia & quarta geminata, & ultima quoque, tamen contendo, non significari vocabulo *Proemio*, per vocab. N. 42. quia in *Proemio*

tur, sicut in *sesfiso*, &c. reperiet. Tandem ad vocales perveniendo τ^o (9.) non est *a*. quia τ^o *A*. non geminatur. Non est *E*. quia si τ^o *E*. non est initialis ac geminata, neque character (9.) erit *E*. sed prius est *E* & posterius. Probatur verò τ^o 9. esse initialem & geminatam ex voce 83. Num. Exceptiones non possunt representari per vocabulum 83. Num. ex iisque unum significare; tūm quia nullo octo litterarum est præterquam: *Europace*, idè tamen excludendum, quia initialis & geminata in fine, contrà ac fit in controverso vocabulo, tūm quia *elemosyna*, habet quidem primam initialem tertiam & quartam geminatam, ceterum numero litterarum, distinguitur, ut clarissimum est. Non est *O*. quia si *O*. geminatur est secunda, ut in *cooperator*, aut penultima, ut in *arctos*, paucis exceptis quæ vide sis sub Reg. 4. τ^o *O*. Hic τ^o 9. geminatur, neque tamen secunda est, nec penultima littera. Ergò non est *O*. Tandem non est *U*. ex collatione vocalæ reciproce (9=9) si τ^o 9. est (u,) vox reciproca sonabit *usus*. Hoc enim solum Latinis usitatum est, prima & ultima (u,) in vocabulo reciproco trillitro. Si hoc supponitur, τ^o 9=9999999999. hanc haberet faciem à principio: *ususum*, essetque Genitivus Pluralis ab *usus*: quod tamen requirit ad complementum sui duas geminatas (99) & finalem (i,) cujusmodi verbum Latinæ Linguae est nullum. Imò neque τ^o (9) τ^o i, representat. Probamus: Si τ^o 9. est i, tunc vocabulum 9=9999999999. incipiet vel *init*, &c. vel *inje*. vel *ili*. Alia non dantur, in quibus τ^o i, esset initiale & geminatum. Verum hæc propter situm ordinemque litterarum explodenda sunt,

sunt, quocunque modo conjungentur. *τὸ inii* in
secundâ personâ habet *inisti*. In primâ Plurali *inisi-*
mus, inistis. Nullum accommodari potest, quia
in *9π99θ§§1*. secunda & tertia à fine numerando
eadem sunt, id quod in *τὸ inist*, &c. quocunque mo-
do conjugato, secus est: Eadem ratio eliminat *τὸ*
inicit, is, injicimus, injiciunt. Ergò infero: *τὸ (9)*
non est vocalis. Quæritur ultimo: An sit ex con-
sonantibus *τὸ N?* ad cujus investigationem quæro
litteram *N*. & percurro ejus Regulas quàm diligen-
tissimè, in eisque Regulam secundam, hunc in mo-
dum conceptam: *N. non est initialis ac geminata si-*
mul. Excipe: *Nannajus, nonnihil, nonnullus, a, nm,*
nonnunquam, Nonnus, novennis, Nonnius, nonne.
Quas exceptiones conféro cum vocula (*9π9*) con-
junctâ cum *9π99θ§§1*. Quippe quæ dependent à
Prima Regula litteræ D. indicat α. η. ρ. in verbis Σηκκω38θ56. 555ααα8. φαφαα. non esse *d*, quod Lector, annotare debet, θ. autem in verbis 3ηθθωη. 3ηθθω6. non esse *d*, ex hac Regula (propter excepta verba, quæ non obiter inspicienda, sed declinanda & conjuganda sunt,) demonstrari nequit; posset enim significare: reddas, reddis, reddam, reddas, reddat, non autem reddes, reddet, quia secunda & penultima littera in oculis verbis non sunt eadem. Secunda Regula in hac Scriptura applicari nequit. Juxta tertiam Regulam α. η. 3. 5. non est D. Quarta quoque Regula confirmat α. non

non esse *d*. Juxta quintam Regulam *α. 5. & 8.* non possunt esse *d*, quod annotandum est. Priusquam sexta Reg. applicetur in verbo *α934εεγγν1993.* Regula in littera *N*, perlegendæ sunt, ubi exterius Regula innotescit quod *ς*. in *λ1193λ111193.* non possit esse *η*; cognito autem, quod *ς*. non sit *η*, nunc demum ex sexta Regula litteræ *D*. certò concludere possum *9.* non esse *d*, quod annotandum est. Septima confirmat, non esse *d*. Antequam octava Regula in dictione *57457458.* applicetur, prius littera *1.* ex Regulis litteræ *N*. examinanda est, an possit valere *η*, ubi Lector tertiam Regulam ad longissimum hujus Scripturæ verbum applicaturus animadverteret *1.* non esse *η*; hoc cognito, juxta octavam Regulam litteræ *D*. certò scio *4.* non valere *d*, quod autem *4.* non sit *d*, in scheda annotandum est.

Nona Regula ad dictionem *ψωηθηλα3ω2α7.* applicata innuit, *ω* non esse *d*, quod etiam annotandum. Ex decima Regula, quæ intellectu facillima est, innotescit *αη3ω56789θ.* non esse *d*, quod autem hi decem characteres non sint *d*, diligenter annotandum est.

Prima litteræ *E*. Regula hic non applicabilis est. Ex secunda verò Regula innotescit geminatam litteram in longissimo verbo, nempe *ε.* non esse *e*. Sic ex tertia Regula innotescit *θ.* in *3ηθθωη. & 3ηθθω6.* non esse *e*, quod autem nec *ε.* neque *θ* sit *e*, in scheda assignandum est. Quarta Regula hic nullum habet usum.

Regula litteræ *F*. omnes præter octavam in hac Scriptura applicari possunt. Prima arguit *αη3λ59.* non esse *f*. Juxta secundam certum est *η39μ5678ω6αβγ.*

η39μ5678ω6αβγ. non esse f. Ex tertia Regula apparet 4. non esse f. Quarta confirmat α.η. & λ. non esse f. Quinta confirmat α.η.8. non esse f. Sexta demonstrat 9. non esse f, quod enim 559-αε8. non possit esse Præteritum verbi fallo, inde apparet, quia secunda & quarta littera in Præteritis verbi fallo, semper eadem sunt, nempe duo LL. in hac dictione verò diversæ. Septima confirmat α.η.5. non esse f. Nona αβγ35ρ789ηκ. non esse f. confirmat. Decima denique αω3656789η. non esse f. confirmat, quæ omnia Steganographiæ Studiosus in certa schedula annotare debet.

Prima Regula litteræ Γ. arguit λ. non esse g. Secunda innuit α.η.3. non esse g. Ex tertia Regula innotescit ε. non esse g. Quarta Regula duobus constat enunciatis, quorum posterius in hac Scriptura quidem applicabile est, ita tamen, ut prius investigetur an η. in 5ηκκω38θ56. & 3ηθθωη. possit esse α, ex tertia autem Regula litteræ α, innotescit α. non esse α, quæ Regula exceptione caret, juxta quam ita possum argumentari: In quacunque dictione tertia & quarta à fine litteræ eadem sunt, in illâ α, non est finalis: Atqui in hac dictione 3ηθθωη. tertia & quarta à fine litteræ eadem sunt, ergo finalis α. non est α; unde porro juxta posterius enunciatum quartæ Regulæ in litteræ Γ. concludere possum, neque α nec ε. esse g. Quinta Regula arguit 5.η.8. non esse g. Sextæ Regulæ exceptiones non obiter perlegendæ, sed singulæ dictiones diligenter declinandæ sunt. Hoc modo Steganographiæ Studiosus deprehendet aliquot dictiones octo litteris constare, nempe demagogi, o, ε, nugigera, j, o, ogigida, α, η,

n, is, parage, synagoga; hæ omnes numero litterarum cum $\gamma\mu\theta\omega\epsilon\delta\zeta\omega$. conveniunt, quenam autem ex his in occulta Scriptura occurrat, non ex numero, sed ex situ litterarum investigandum est, ubi Lector observet in $\gamma\mu\theta\omega\epsilon\delta\zeta\omega$. non tantum quintam & septimam litteram, ut in *demagogi*, eandem esse, sed etiam quartam & ultimam: in *Parage* quidem quinta & septima littera eadem sunt, quarta verò non est eadem cum ultimâ, sed cum secundâ; Apparet igitur, quòd occultum hoc verbum $\gamma\mu\theta\omega\epsilon\delta\zeta\omega$. significet: *Synagoga*. Ex hac dictione Steganographiâ Studiofo sex litteræ jam innotescunt, nempe quod γ . significet *s*, μ . valeat *y*, quod θ . denotet *n*, quod ω . pro *a*, ϵ pro *g*, positum sit, δ . pro littera *o*; sex igitur litteræ non negativè, ut antè, sed affirmativè in schedula annotandæ sunt. Cognitâ autem litterâ *g*, quòd nempe ϵ . verè denotet *g*, ceteras Regulas litteræ *g*, perlegere supervacaneum est. Pergendum igitur ad litteram *h*.

Prima Regula litteræ *h*. exceptione carens luculenter ostendit $\alpha\epsilon\theta$. non esse *h*. Secunda arguit λ . & ι . non denotare *h*. Tertia inquit $\alpha\gamma\varsigma$. non valere *h*. Quarta applicata in verbo $\varsigma\varsigma\varsigma\alpha\eta\theta$. declarat ς . non esse *h*. Quinta confirmat $\alpha\gamma\varsigma$. non esse *h*. Juxta Regulam sextam ita arguamur: *H. non est secunda littera nisi initialis sit c.p.r. aut i.* Atqui δ . est secundus dictionis character in verbis $\delta\delta\theta\eta\gamma$. $\delta\delta\theta\alpha\omega$. & $\delta\delta\theta\alpha\alpha\gamma\varsigma\gamma$. quorum initialis non est *c.p.r.* neque *i*. Ergò δ . non potest esse *h*. Minor probatur ex cognita dictione $\gamma\mu\theta\omega\epsilon\delta\zeta\omega$. quæ significat *Synagoga*, unde patet δ . non esse *c.p.r.i.* sed valere θ . Ex septimâ Regulâ demonstratur *A.*

K

non

non esse *b*, ita argumentando: *H. non occurrit bis in dictione nisi initialis sit, ut utrumque precedat c. p. aut r.* Acqui 4. in verbo 57451458. bis occurrit, cum tamen non sit initialis, neque eum precedat *c. p. aut r.* Ergo 4. non potest esse *b*. Minor probatur ex verbo 74906860. quod significat *Synagoga*, unde patet 7. non esse *c. p.* neque *r*, sed verè esse *s*. In hac Regula notet Steganographia Studiofus, quod *to [b.]* utrumque non Nominativus sit, sed Accusativus. Octava in hac Scriptura non est applicabilis. Nona confirmat. 5 9. non esse *b*. Decima confirmat. 11. non esse *b*. Ex precedentibus quidem jam cognitum est 5. non esse *b*; ut tamen Lector undecimam Regulam intelligere discat, ostendam ejus usum in duobus verbis: In primâ voce 2157. certum est 5. non esse *b*, quia finalis littera 7. non est *a, e, i*, neque *a*, quod autem 7. non sit *a, e, i*, neque *a*, sed *s*, supra in explicatione sextæ Regulæ in littera *G.* ex dictione *Synagoga* demonstratum est. Notet hic Steganographia Studiofus, si certò sciat finalem litteram non esse *a, e, i*, neque *a*, quod tunc non opus sit, ut antepenultima littera indageretur, & vicissim, si certò sciat antepenultimam non esse *a, c, e, p, r*, neque *r*, quod non opus sit, ut finalis littera indageretur, sed alternitius litteræ nempe antepenultimæ aut finalis indagatio sufficit. Quemadmodum verò ex cognitione finalis litteræ patet, 5. in voce 2157. non esse *b*, qualiscunque sit antepenultima; ita ex cognitione antepenultimæ litteræ in verbo 161956. quod nempe 9. non sit *a, c, e, p, r*, neque *r*, patet etiam 5. non esse *b*, qualiscunque sit

[4.] *Planè sicut geminatum est Accusativus, in primâ Regula Littera I.*

fit finalis littera. Quod autem ρ . non sit $\alpha, \epsilon, \phi, \theta$, neque ι , sed ν , supra quoque in explicatione sextae Regulae in littera G . demonstratum est. Ultima Regula litterae h . intellectu facilis est, ex ea facis pater 71068450 & α . non esse h , quod in peculiari schedula annotandum est.

Prima Regula litterae L . omnium intellectu difficillima est; in hac probe singula verba observanda sunt, nullum enim verbum frustra positum est. His Steganographiae Studiosus noceat, quod $\tau\theta$ geminatum non sit Nominativus, sed Accusativus. Verba autem hujus Regulae ita se habent, *Geminatum i. sequitur c, s, t, aut u.* Exc. *idem.* Facile autem curvis patet, nullam in hac Scriptura occurrere dictionem, quae significare possit *idem.* Verba, in quibus haec Regula applicari potest, sunt ista: $\lambda\alpha\alpha\varsigma$ $\lambda\alpha\alpha\omega\varsigma$. $\varsigma\varsigma$ $\varsigma\alpha\rho\rho\theta$. $\varsigma\eta\kappa\kappa\omega$ 38056. $\varsigma\eta\kappa\kappa\omega$ 380a7. $\alpha\theta\varsigma\eta\rho\rho\eta\gamma\eta\theta\varsigma\theta\varsigma$. $\varsigma\eta\theta\theta\omega\eta$. $\varsigma\eta\theta\theta\omega\delta$. quod in nullo horum verborum geminatum sequatur c ; supra in explicatione quintae Regulae littera c . demonstravi. An geminatum sequatur s , non opus est indagare, cum littera s , jam innotuerit ex dictione *Synagoga*. Si post geminatum i , sequitur t , T . dictionem finit, ergo in istis verbis ς . α . & η . non possunt esse t , quod δ dictionem finiens non sit t , sed θ , etiam ex illa dictione patet. Reliquum ergo est indagare, an aliquam geminatum sequatur u , quod non nisi ex declinatione & conjugatione enumeratorum verborum deprehenditur. Enumerantur autem decem dictiones, in quibus post geminatum i , sequitur u , in octo prioribus occurrit littera g , quae in hac Scriptura per C . denotatur, ut patet ex dictione

Synagoga ; cum autem *c.* in hac Scriptura non reperiatur in illis verbis , in quibus geminata littera occurrit , certum est , quod nulla priorum octo dictionum in hac Scriptura locum habeat. Nona dictio nempe *dijudicatio* longior est , quam occulta vox *λαα5λακω3*. Decimum autem verbum, nempe *dijudico* conjugandum est, quod si fiat, *Steganographia* Studiosus deprehendet *λαα5λακω3*. significare *dijudicas*, *dijudicat*, aut *dijudicem, es, et*, penultimam autem litteram non esse *c*, sed *a*, item ultimam non esse *s*, sed *t*, patet ex supra inventa dictione *Synagoga*, unde nunc emergit *λαα5λακω3*. significare *dijudicat*. Duabus jam dictionibus inventis, *Synagoga* & *dijudicat*, *Steganographia* Studioſo undecim litteræ innotescunt, nempe *a*. positum esse pro *a*, *a*. significare *c*. *λ*. denotare *d*. *6*. pro *g*. substitutum esse. *u*. significare *i*, *9*. denotare *n*. *8*. valere *o*, *7*. positum esse pro *s*. *3*. pro *t*. *5*. positum esse pro *u*. *μ*. pro *x*. Hæ undecim litteræ *a, c, d, g, i, n, o, s, t, u, y*. in scheda pro hoc negotio destinata diligenter annotanda sunt. Cognita litterâ *t*, reliquas Regulas litteræ *i*, perpendere supervacaneum est. Pergendum itaque est ad litteram *L*, illiusque Regularum applicatio etiam ostendenda est

Prima litteræ *L*. Regula confirmat *λ*, non esse *l*. Juxta secundam *α9λ5*. non sunt *l*. Tertia Regula in hac Scriptura applicari nequit. Juxta quartam *α63 u*. non sunt *l*. Juxta quintam *α.1.5 7. & 5*. non sunt *l*. Sexta in hac Scriptura non est applicabilis. Ex septima patet *u*. non esse *l*. Juxta octavam *3μ7η*. non sunt *l*. Juxta nonam Regulam *α13γ*. non sunt *l*. Juxta decimam *α15*. non sunt

Tunc 1. Juxta undecimam *u*3678. non sunt 1. Secundum duodecimam *u*3067. non sunt 1.

Prima Regula litteræ *M*. confirmat *λ*. non esse *m*. Secunda ejus Regula arguit *ρ*. in verbo *u*9344740593. non esse *m*, item in verbo *u*apua. *u*. non esse *m*. Tertia quoque confirmat *u*. non esse *m*. Quarta in hac Scriptura non potest applicari. Juxta quintam *5*. *u*. & *1*. non sunt *m*. Juxta sextam *u*. *u*. & *5*. non sunt *m*, quia *u*. *u*. *5*. in iis dictionibus, in quibus ter occurrunt, non geminantur, nec antepenultima, neque finales sunt. Juxta septimam *5*. *u*. *u*. geminatas sequentes non sunt *m*, quia nec antepenultima, neque finales sunt in illis verbis, in quibus litteram geminam sequuntur. Juxta octavam *9*35. non sunt *m*, quod patet ex hisce oculis *u*9. *u*3. 35. Nona Regula in hac Scriptura non potest applicari. Juxta decimam *3*. *6*. *u*. *u*. & *5*. non sunt *m*. Juxta undecimam ex verbo *9*59448. patet *1*. non esse *m*. Duodecima in hac Scriptura nequit applicari.

Cum littera *N*. & *O*. ex dictione *Synagoga* jam certo cognitæ sint, nolo illarum Regularum applicatione Lectori molestus esse, quemodo autem harum litterarum Regulae sint applicandæ, superioribus exemplis docuimus.

Perlegendæ autem sunt Regulae litterarum *P*. *Q*. *R*. quia nondum patet, per quos characteres hæ litteræ denotentur. Juxta primam litteræ *P*. Regulam *λ*. non potest esse *p*, quod patet ex decimo hujus Scripturæ verbo. Juxta secundam, si applicetur in longissima hujus Scripturæ dictione, patet *ρ*. non esse *p*, quia *p*. non potest esse secunda & penultima dictionis littera. Tertia Regula innuit

35^{na}. non esse p. Juxta quartam Regulam cogniti-
littera i, patet n. non esse p. Juxta quintam cog-
niti littera o, patet 5^{na}. non esse p. Sexta in hac
Scriptura non potest applicari. Juxta septimam
cogniti ex dictione *Synagoga*, litteris a & o, n. non
est p. Juxta octavam 9^{na} 35. non sunt p. Juxta
nonam a & e. non sunt p. Juxta decimam 5. non
est p. Juxta undecimam a. & 4. non sunt p. Juxta
duodecimam a & 1. non sunt p. Juxta ultimam
739068954. non sunt p.

Juxta primam litteram Q. Regulam a. non est q.
Juxta secundam 4^{ta}. non sunt q. Juxta tertiam
3^{na} 5. non sunt q. Juxta quartam 85^{na}. non sunt q.
Juxta quintam 4^{ta}. non sunt q. Juxta sextam
36^{na} 55. non sunt q. Juxta septimam Regulam
nullus character potest significare q, prater 4. aut n,
patet autem ex dictione *Synagoga* n. esse r, ex verbo
dijudicat, patet 5. esse u, facile igitur Syegano-
graphia Studiosus judicare potest 4. esse q, quia in hac
Scriptura quinquies post 4. sequitur 5. Juxta octa-
vam 489036 49571. non sunt q. Juxta nonam
4573517890^{na}. non sunt q. Juxta decimam
4430567890. non sunt q.

Juxta primam litteram R. Regulam a. non est r.
Juxta secundam 4^{ta} 359. non sunt r. Tertia in hac
Scriptura non potest applicari. Juxta quartam a.
non est r. Juxta quintam a. & 8. non sunt r.
Sexta & septima Regula in hac Scriptura non pos-
sunt applicari. Juxta octavam 9. in longissimo
verbo non est r, quia finalis non est a, e, i, o, sed r.
Juxta nonam patet, quod nullus ex finalibus cha-
racteribus possit denotare r, prater 6. & t. cetera
enim finales littera parum ex dictione *Synagoga*,
parum

parum ex verbo *judicat*, innotuerunt, quod 6. non sit *r*, patet ex dictione 869^{aa}, ejus omnes litteræ ex hisce duobus verbis cognita sunt præter 6, si autem *r* & 8. & 9. interponatur littera nondum cognita, nempe *b. e. f. b. l. p. r. x. z.* non emergit dictio latina, si autem *m*, iis interponitur, emergit dictio *omnia*, unde porro Studiosus Steganographiæ animadvertit, litteram semel finalem *i.* esse *r*. Reliquarum litterarum Regulas applicare supervacaneum est, quia ex iis quæ hæcenus dicta sunt, litteræ *s. t. u. y.* jam certò cognita sunt. Nunc faciliè singula dictiones cognitæ jam quatuordecim litteris *a. c. d. g. i. m. n. o. q. r. s. t. u. y.* inveniri possunt. In primâ scriptione dictione unica littera adhuc ignota est, nempe *u*, qualiscunque autem *r* & 5. interponatur littera, non emergit dictio latina, nisi *e*, interponatur, unde exsurgit vox *DEUS*, sic in secunda dictione, si interponatur pro *u*. inter utrumque 3. littera *e*, prodit verbum *stetit*. Postquam igitur quindecim litteræ, nempe *a. c. d. e. g. i. m. n. o. q. r. s. t. u. y.* innotuerunt, Steganographiæ Studiosus reliqua verba faciliè invenire potest.

Qui hoc ratiocinium methodo syllogisticâ adornatum diligenter perlegerit & relegerit, illi usum nostrarum Regularum egregiè perspiciet atque intelliget.

CAPUT III.

EXcipit jam genuina nostra Principia, Regulas nempe Latinæ Linguae, earumque per exempla applicationem perspicua Refutatio Auctorum, qui de hac materiâ scripserunt. Quod non

tantum eo fine facimus, ut Lector conferendo nostra principia cum aliorum dignoscere queat, utra methodus sit melior, expeditior, & solidior, sed etiam, quod ordinem concernit, ut Lector jam imbutus veris principiis, falsa eò melius percipere queat. **S**iguitur Porta primus à nobis refutandus toto libro tertio, qui de hisce rebus præprimis agit. Primo eum collocamus ordine, quia tempore antecessit Harsdörfferum, Schwenkerum, aliosque, ut videatur hi ab illo pleraque sumfisse, ut perlegenti patebit.

PORTÆ IN LIBRUM TERTIUM.

PROOEMIUM.

Nunc ad alteram & difficillimam operis partem accingamur, de interprete instituendo, ut, quod solum de toto [4.] opere videtur esse reliquum, hoc volumine prosequamur. Sed jam audio dicet aliquis: Unde novus hic Apollo, vel Oedipus, qui occulta animi sensa, & enodare ænigmata profiteatur, emicuit? Divini potius, quàm humani est ingenii hominis interna perscrutari, parumque ferè inter DEUM, hominemque distaret, si occlusas animorum cogitationes intellectus assequeretur humanus. Ingenuè fateor multa esse posse furtiva scripta, quæ se interpretaturum quemquam polliceri, furorem ac delitium planè existimarem. Quotus enim quisque erit, qui hoc innu-

[4.] Tertius liber Porta agit principaliter de resolutione scriptorum furtivorum. Reliqui tantum varios scribendi modos tractant; unde non tam de his, quàm de illis solliciti erimus.

Innumeris penè dolis, ac infinità scribendi multitudine citra intaniam jactare audèa? ut orthographia ratio observari non queat, latentem aliquo modo sensum possit eruere? hujusmodi eris, si quis præter scribendi normam dictiones ex [b.] arbitrio ad significandas litteras confingat, vel res per diversa vocabula significaverit, quorum nisi interpres ab Autore fuisset admonitus, nullo modo sensus haberi potuisset, quam obscuritatem nonnullæ Ciceronis ad Atticum epistolæ habent, id genus erit, etiam si uno caractere exprimantur, & alia complura, quæ non nisi DEO Opt. Max. interprete, qui se intimis animorum recessibus insinuat, videntur indigere. Quare his omissis, ea nos tantum interpretari hoc volumine pollicemur, in quibus ratio litterarum, & syllabarum contextus aliquo modo possit observari, quorum complura genera esse possunt, verum nos ex iis, quæ crebrioris usus, & præcipua videbuntur, etiam solitis perplexa involucris prosequemur, tum ad latinam, tum ad [c.] vernaculam linguam, quod commodius fieri poterit, accommodabimus, quorum ratione cognita, Lector similitudine quadam ductus, reliquorum facile possit cognitionem aucupari. Sed antequam eorum tractationem aggrediamur, qualis absolutus interpres esse debeat, & quæ sum primò scire deceat explicemus.

[b.] *scriptum, in quo integra dictiones litteras significant, enodari potest. vid. Exempla Schöbeneri, p. 186. 187. 188. 190. Steganologia & Steganographia sua,*

[c.] *Italicam intelligit linguam.*

CAPUT I.

*Notarum interpretem qualem
esse conveniat.*

Posce itaque locus, ut boni & absoluti interpretis conditiones doceamus, ut statim cognoscatur, qui earum omninò expers sit, ad hoc non facile perferri, & proinde, quò magis iis erit innixus, eò decetius & feliciter in hac doctrina profecturus. Imprimis itaque [a.] acutissimum eum naturà esse expedit, ut si ingenii præstantia nulum in universis disciplinis adferat adjumenti, in hac præcipuè arte suas vires natura possit ostentare, ut, quod proverbii loco usurpatur: Quemadmodum aurum igni probatur, sic in Mathematicis disciplinis ingenium experiri, id aptius ad hanc disciplinam transferri videatur. Singulari præterea quâdam animi caliditate & solertia prædictum esse convenit, & omnis prorsus [b.] negligentia expers, ut vasum animum per inimicas insidias & fraudes possit circumagere, dolos perscrutari, iis obviare, & omni demum ingenii vigilantia adversos à se conatus amovere. Ipsa siquidem disciplina non modicè ingenii præstantia videtur indigere. Quapropter verò
liberi

[a.] *Acumen sani in Steganographia studio, si in ullo requiritur, epistolas discernere, discretas solvere per rationes ex Regulis desumptas res est non levis momenti.*

[b.] *Diligentia & indefessum studium utramque facit paginam, ut si hodie minus ex sententia processerit solutio, cras cam tentes.*

liberi & perspicacis ingenii hanc facultatem semper esse existimavi, & eorum, qui eam delectantur, soleo præ ceteris acumen admitari, & verè ingeniosos appellare, ut ad omnes disciplinas faciliè idoneos esse existimem. Talem itaque cum naturâ esse convenit, arte verò non minus instructum, & primum in multarum rerum, utpote armorum, negotiorum, & militaris præsertim scientiæ peritiâ versatum, ut hostium inimicorumque astus percallere, & evitare non incommodè possit. Ad hæc accedet multarum linguarum [c.] peritiâ, earum præsertim, quæ magis in usu esse solent, & quarum cum gentibus commercium nobis esse possit, ut cujusvis id genus idiomaticis ille scriptum possit interpretari. Præterea orthographiæ literarum, syllabarum, & contextus orationis nequaquam expertem esse convenit, quod in primis solet esse necessarium. In orthographia loquor de exquisita, & absoluta scribendi ratione, tamen non adeò [d.] orthographiæ confidendum sit, ut non debeat experi, utrum illa sit omissa, quod ex industria posset evenire. At si multas exquisitè linguas percallere nimis arduum videretur, latinis saltem literis sit instructus; tùm quod ea lingua utcumque, adeò hæc tempestate communis est, ut ferè non minùs usitata, quàm omnibus vernacula sit, tùm quod ea commodius ad cautionem admittitur. Sunt & alia

[c.] *Lingarum multarum peritiâ omnino est necessaria, idèo maxime, ut epistole vel scripta discerni queant.*

[d.] *In Germanicâ linguâ planè non confidendum est orthographia, cum alii aliter scribant, & tanta sit varietas, ut ex eâ natione Regula in Lingua Germanica solida confici non possint.*

alia fortasse, quorum non ignarum eum esse expedit, pro rerum varietate, quæ possent evenire. Sed ad hæc postremo additur peculiaris nostri operis usus, ut qua cura & diligentia is inscripti interpretatione esse debeat, & se quo pacto in opere moderetur intelligat. Circa hæc mens & cura nequaquam oscitantis quæritur, ut obiter scripti dolus expendatur, sed maxima attentio, summaque diligentia, ut animus ab omni cura & cogitatione [e.] vacuus, omnibus postpositis in eâ solum re indaganda elaboret, ut omnem conatum constituat: Non tamen si res intensiorem aliquando curam, & tempus expossit, continuanda attentio, & in eâ mens nimis anxie torquenda: Nimia enim diligentia, & diuturnus mentis labor stuporem ingerit, ut minus postea ad hæc ingenium habile sit, & nihil proficiat. Morbos præterea maximè conciliat, & major sæpè numero ex mentis conatibus ægritudo, quàm ex corporis laboribus solet provenire, ut mihi, si quando in perplexiores notas incidebam, interpretanti sæpè contigit: cui toto ferè die in his consumpto, vix septima vel octava hora præterisse videbatur, ut vesperam non nisi per tenebras, & luminis abscellum cognoscerem; unde interdum in longâ mentis attentione, quasi apoplexia correptus stupidus & immobilis, uti Diogenes fixis oculis Solem contemplans, videbar permanere: quare [f.] labor erit in aliud tempus differendus, ut res successivis

[e.] *Nunquam accedendum est ad scriptum occultum expediendum, maxime, si id tantum duabus lineis vel una conficit, nisi animo à curis vacuo, & tristitia. Animum enim prorsus latum & vegetum poscit hoc studium.*

[f.] *hæc aptissime observentur.*

visis horis commodè pro negotii opportunitate peragatur. Verùm in his doli species attendenda. Nisi etenim ea cognoscatur, frustrà de cætero labor infumitur, cum ignorato occultationis artificio, nullo modo rei occultæ velamentum possit auferri, sumpto à Medicis exemplo, à quibus nisi morbi causa primum perspecta sit, ægro corpori frustrà subvenitur. Unde nobis etiam de doli specie cognoscendâ, legitimas visum est suis in locis hoc volumine observationes tradere, ex quibus proprios agnoscendi cujusque doli modos interpretes aucupetur: neque id contemnendum aliquo pacto duximus, in quo majorem difficultatis partem positam esse perspeximus. Cognitâ itaque velamenti specie, omni animi moderatione & conatu elaborabit, ut abstrusus omninò sensus referetur, nec prius quiescat, quàm verò è latebris dolo eruto, inimicos conatus irritaverit, ut de eo in posterum sibi turò consultum esse persentiat. Locus postulabat, ut aliquot litterarum discrimina succederent: Sed quoniam instant nonnullæ adhuc de interprete dicenda, ea primum prosequamur.

CAPUT II.

Quæ novisse interpretem conveniat, antequam ad scripti interpretationem accedat.

Furtivi scripti interpretandi Regulas tradituro, operæ pretium videtur à rudimentis, quæ ad id aditum præstant, & multum conferre videntur, non tamen

tamen omninò necessaria, auspicari, ut nihil, quod ad optimi interpretis institutionem spectare possit, omissum esse videatur. Primum itaque [a.] proficiet idiomatis scripti notitiam habere. Diversis enim modis omnes loquuntur, & scriptum contextunt; eadem res eque apud Hispanos, Germanos, Italos, & alios pro locorum longinquitate, aliter atque aliter vocatur, ut illos hi, hos illi non intelligant, unde non ipsa modò locutio longè alia est, verùm sæpè etiam scribendi ratio multùm varia. Diversè enim Germani, Itali, & Hispani scribunt, quemadmodum loquuntur, & pronunciant; quibus enim diversus est sermo, pronuntiatio pariter & Scriptura necesse est sit diversa. Nam si Hetrusci, Hispani, vel Germani verba pronunciant, nos, qui Neapolitani sumus, audita reddere velimus, quantum bone Deus! discriminis inter nostram & eorum prolationem esse videbitur, ut etiam sæpissimè vix magno cum labore aliena verba pronunciemus, nescio quo patrii sermonis spiritu difficultatem ingerente, ita, ut suus cuique sermo à natura largitus esse videatur. Dalmatæ Vante L. syllabam inchoante, ut VLADISLAUS unico spiritu pronunciant, quod à nobis, nisi absoluta idiomatis cognitio habeatur, neque proferri rectè, neque scribi poterit. Germani eandem litteram V. geminant, Hispani verò in dictionum calce sæpissimè S. pronunciant, ut ferè eorum verbum non reperiās, quin

ea

[a.] Hic altum est silentium de Regulis, quæ docent, quæ ratione Scriptura propositæ discerniqueant, sitique quo Idiomate sint conscripta. Utique proficiet idiomatis scripti notitiam habere, imò prorsus necessarium.

ea littera occurrat. Appuli ita pronunciant, ut multorum verborum initio *SC.* loco *I.* pronotent: si enim *IOANNEM* proferte velint, perinde proferunt, ac si *SCIOANNEM* scriberent, & pro *IRE*, *SCIRE*. Neque solum exterarum nationes, utpote quas magna longinquitas disternat, sed vicinæ & agnatæ, sermone, prolatione, & Scripturâ inter se differunt; Sic sua cuique populo locutio, sensusque struendarum syllabarum ordo & compositio est. Nam, ut de cognatis & affinis vocabulis loquamur, quod Itali, quemadmodum Latini *AVDI* dicunt, Florentini *ODI*, *AV* in *O.* converso pronunciant, Veneti verò *V* in *L*, commutato: sic & de aliis innumeris. Suntque dictiones & nomina familiaria apud multos ex parte diversa & corrupta. Siculi *IACOBUM* diminutive *IACOPELLUM*, *IOSEPHUM*, *SEPPEM*, & *HIERONTIUM*, *MOMIUM* dicunt, & apud alias Gentes huiusmodi mille talia, quæ non sine obscœnitate vero ac luterato sermone proferuntur: sique sæpè numerò, ut in uno vocabulo, quod apud diversas nationes commune sit, diversus sonus pro Gentium varietate reperiatur. Hæc noster *Pontanus* notat, nos ut ostenderemus pro nationum & populorum diversitatibus locutiones etiam variari, ipsamque litterarum potestatem & ordinem aliter, atque aliter se habere, hæc apposuimus. Neque solum id in diversis nationibus & populis fieri mos est, sed etiam apud eosdem in diversis ætatibus & temporibus successive non soni modo & scripturæ, sed etiam vocabula [b.] permutantur. Quare nisi etiam inter-

pres

[b.] *Id in Gallicâ Lingua frequens est, quæ singulis fortassis & vocabula & scripturam mutas.*

pres cognito idiomate uti cum in loquendo, cum in scribendo possit, nequaquam scripti poterit sensum elicere, eo enim ignorato facillime scripti interpretatione frustrabitur. [c] Maxime præterea profuturum censeo, si ejus, qui scripserit, non solum de moribus, sed etiam de nomine cognitio habeatur: Nam si sagax, ingenio pollens, & in hac versatus disciplinâ sit, paulò altius ad interpretationem exordiendam, mentis acies erigenda, & subtiliori viâ, ut mos est, oculi scripti sensus indagandus: ac contra, si rudis ingenii, & hebetis fuerit, contentis orthographiæ præceptis leviori animo, & mente remissiori procedendum, unde, si hominis disciplinam, mores, verba, nomina, & loquendi formulas illi peculiares, occultandique sensus modum omnem, etiam scribendi ingenium interpres agnoscat, non parum profuturum puto. Sæpe enim fieri solet, ut ingeniosi alicujus scriptum segnis & oscitantis existimatum interpretantis conatum facile frustretur: quemadmodum & ex adverso, si ingeniosi & subtilis illud putemus, quod ab homine socordi, & rudi profectum sit. Quare non parum expediet scribentis ingenium cognosci, ut facilius eruditus, an inconditus scripti sensus sit, intelligatur. Si de ejus [d.] nomine cognitio habeatur, suo loco requirendum, si habebitur, ex ejus notis characteribus facilius, de reliquo scripto notitiam venabitur. Ad hæc tractata rei & cognitio accedit, quam & habere multum intererit, eamque poterit

[c.] Morum cognitio, &c. nihil ad solutionem facit. Tantius est Regulae sequi & juxta easdem scriptum solvere, quam inanes conjecturas.

[d.] Nemo tam simplex est, qui prolixa Epistola suum subtilis nomen, sed aliis characteribus exprimit.

seri rùm ex scribentis, rùm ejus, ad quem scribitur negotiis, vel utriusque commercio nancisci. Ratio est, quòd cognita materia, facillimè communia verba, quæ ad eam rem spectant interpretes poterit conjicere, quod pro unoquoque eorum locorum verbo ex characterum numero, similitudine, & dissimilitudine in suis locis observatâ, non multo cum labore cognoscetur: Fietque interdum, ut unâ agnitâ syllabâ, ne dicam verbo, de cætero parâ negotii futurum sit. Nam totius inde scripti ex earum litterarum prodicione in aliis verbis dolus detegitur. Exempli causâ, si de [e.] bello res agitur, litterarum numerus ejus verbi, vel aliorum ad eandem rem facientium quæretur; quod si ejusmodi verbum haberi possit, in quo eadem littera gemineretur, commodius id esse poterit, observato repetitæ litteræ ordine, ut res certior interpretationis non frustratæ securitatem præstet, quæ geminatio si plurium litterarum fuerit, eò magis proderit. Verùm litterarum numerus in latino scripto circa casuum flexum variandus est: In una quaque materia plura erunt verba communia, quæ eam quasi necessariò consequuntur, ut in amore [f.] *AMOR, COR, IGNIS, FLAMMA, URI, VITA, MORS, MISERATIO, & SÆVITIA*, locum habent: & in bello, *MILES, DUX, IMPERATOR, CASTRA, ARMA, PUGNARE*, & hujusmodi reliqua. Huc accedent & rerum deflexa vocabula,

L

&

[e.] *At unde constat de bello agi? Præcepta hæc morantur interpretem, non juvant.*

[f.] *Hæc nulla sunt, & ficulnea: Qui Regulas Latine Linguae exactè novit, citius expedit scriptum, quàm alius vocabula otiosa conquirit.*

& horum unum cognitum verbum non multo cum labore multorum postmodum verborum, & totius denique scripti notitiam referare poterit, eoque modo præter tabularum rationem, vocalium & consonantium discretionem, & alia interpretatio laborem adimere poterit. Non parùm insuper expediet, nuncium Autoris, vel periti Notarii manu perscriptum esse, nam si vel interceptus perperam transcriptus, vel ab aliquo, qui notandi rationem ignoraverit profectus sit, facile fiet, ut turbato scripto omnis interpretandi via obstruatur, siquidem, si characteres omissi sint, vel transpositi, vel commutati, puncta præterea non ritè disposita, vel commutata, vel relictæ verborum intervalla, vel eorum partes interpositis spatiis discretae, vel alio quovis modo dolus permutatus, interpretem is non parùm perturbabit, ut interdum facile decipiat. Ut igitur rem paucis colligam, idiomatis scribentis, & ejus ad quem scribitur, & materiæ, de qua agitur notitiam, & emendatam Scripturam ad interpretationem non parùm posse adjuvare dicimus, licet ea, ut dictum est, [g] non sint omninò necessaria, sed ad commodum maximè conferre. Sunt & alia, quæ etiam interpretem præstaret agnoscere, quæ, ne sermo prolixior sit, omittimus.

[g.] *Rectè ait: Notitiam Idiomatis, materiæ, &c. non esse necessariam.*

CAPUT

CAPUT III.

Distincta litterarum nomina, quibus sæpe numero suis opportunè locis uti debemus.

Primùm itaque litterarum discrimina statuemus, & nova quædam iis indica nomina declarabimus, quibus sæpè in scriptis perscrutandis utemur: cùm enim nova essent, quæ scribenda erant, novis etiam vocabulis appellanda esse visa sunt; hæc tamen obiter percurremus, nam de litteris subtilius disputare, alterius esset facultatis & temporis, ne de fortivis litterarum notis interpretandis præcepta tradens, grammaticam videar profiteri. De litteris tractatur i, Litteram compositæ vocis partem minimam vocabimus, ut *A, B, C.* Nec me aliquis incuset, si litteræ vocabulo interdum pro elemento abutar, cùm illud apud vetustissimos rei grammaticæ scriptores usitatum videam, & indifferenter positum. Unde dari mihi volo, ut litteram & elementum, cùm sæpè in dicendo res significanda occurrat, utroque modo dicere liceat. Ut itaque, unde digressus sum, redeam: Litteræ, quibus in scribendo utimur sunt una & viginti. [a.] *A, B, C, D, E, F, G, H, I, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, X, Z.* sed (b.) *H.* potius aspirationis nota est, quàm littera.

L 2

Re-

[a.] *Malè rō 9. est expunctum.*

[b.] *Quamvis H. sit aspirationis nota, non tamen excluditur litterarum numero.*

Rejicimus [c.] K. à prioribus & nostris jamdudum relegatum; nam ut Diomedes ait, uti super-
vacuâ utimur, & in scribendis tantum Kalendis ve-
rusti simos Latinos usos comperio, eam Saulius Ma-
gister primus Romanis litteris adjecit, ut in sono
duarum litterarum H. & Q. discretionem faceret.
Quod si nonnullorum sententiæ fides habenda est,
nullus apud nos usus esse debet: cum in latinis
dictionibus omnino careamus. Quod si eam græ-
corum verborum usus interdum admittit, eam sa-
pius est græcis litteris annotari. [d.] Q. nonnulli
eximunt numero litterarum, eaque de causâ non
utendum censent, quod sequens V. ostendat, ante
aliam vocalem in eadem syllaba positam. [e.]
Q. cum quoque Y. è nostris expungimus cum sa-
tis sit notariis ejus sonum expleri per I, sonus enim
utriusque characteri communis est. X & Z. idè po-
nimus, quod apud Latinos illud, hoc apud [f.] vul-
gares frequentioris usus esse solet: nos quia de utro-
que sermone verba facimus, eorum duximus me-
minisse debere. Sed his, ceterisque grammatica-
rum controversiis, si quæ sunt, rejectis, quia viden-

cur

[c.] K. merito rejicitur à Latinis, legitur tamen in Corn.
Nepote: Karissimus pro carissimus cap. ult. Alcibiades.

[d.] Q. nequit eximi numero litterarum, quia littera hæc
clavis quandoque est totius scripti occulti, ut in resolutio-
ne Latinarum epistolarum ostendimus.

[e.] Y. non potest expungi, cum sit distincta littera, quod
Latini carere nequeunt. Neque quia sonus ejusdem
rû i. est communis, idè expungi debet. Itali non
habent y. cujus sonum explant per simplex i, ut ipocri-
sia, pro hypocrisia: at Latini contra habent y.

[f.] per vulgares intelligit Italos, qui frequentissimè rû &
utuntur.

tur ad suscepti operis propositum parum pertinere, ad explicandam nostrarum litterarum partitionem veniamus.

Litterarum itaque numerum primum in consonantes & vocales dividimus. Vocales quinque sunt, [g.] *A, E, I, O, U*, quæ sic dicuntur, quod plenam, absolutamque vocem habeant: Reliquæ verò omnes consonantes, ita dictæ, quod cum vocalibus sonent, ac per se nequeant voces proferre. [b] Has rursus omnes, excepta *Z*, in semivocales & mutas dividimus: Semivocales sunt septem *F, L, M, N, R, S, X*, hæ omnes à vocali incipiunt, & in se terminantur; sed ut plerisque latinorum placuit *F* muta potius quàm semivocalis est: id nostra parum referre iudico. Mutæ autem, quæ à se incipientes in vocales terminantur, sunt septem *B, C, D, G, P, Q, T*, & dicuntur mutæ, quod exiguam vocem habeant, mutorum sonum videantur imitari. E semivocalibus liquidæ sunt quatuor *L, M, N, R*, sed de his hætenus. Nunc autem ad rem redeamus: Consonantium [i] aliquæ geminantur, aliquæ [k] simplices ponuntur. Quæ in syllabarum nexu sibi succedere possunt, hæ sunt: *B, C, D, F, G, L, M, N, P, R, S, T*, & *Z*, sed ultima in [l.] vulgari sermone geminatur. Quæ sibi non succedunt *H, Q, X*, sunt. Rursus consonantium aliquæ in finibus, aliquæ verò in initiis & mediis.

L 3

Fi-

[g.] adde vocalium numero r. y.

[b] de his vide Scaligerum. *Vossum. Grammatic.*

[i] Egr. c d f l m n p &c apud Italos: d, z, p q &c.

[k.] i e. non geminantur, e gr. z, x, q, &c.

[l.] Italico: quo sapissime z. geminatur: e. gr. in *bellizza*, &c.

Finale hz *B.C.D.L.M.N.R.S.T.X.* esse cum vocabulis, reliquæ reliquis locis constitui possunt. Aliam præterea consonantium divisionem assignando, in duas partes dividemus. Videlicet in frequentes & raras, harum tamen aliquæ magis & minus frequentes, sic magis & minus raræ sunt. Frequentes nominamus, quod frequentius, raras verò, quod parcius in scriptis soleant evenire. Frequentes sunt [*m.*] *C. F. M. N.* frequentiores [*n.*] *L. R. S. T.* raræ [*o.*] *D. G. H. P.* rarissimæ [*p.*] *B. Q. X. Z.* sed ne me aliquis dictis carpat, quodd rarissimas eas vocaverim, quæ crebrius aliquo in scripto interveniunt, vel ex adverso. Literas frequentiores & rariores esse dicam, vel sui natura, vel aliunde. Ex sui naturâ, cum plerumque vel rarò in scripto soleant occurrere. Extrinsecus verò, cum aliquis continetur sermo in epistola, utpote de AMORE, ubi *AFFECTIO, VAH, HEU,* & iis similia repeti oportet. Etenim, si id evenit, non ex hoc [*q.*] *F. & H.* frequentissimas esse colligitur. Sermo enim in epistola contentus aliquando frequentissimas rarissimas, & rarissimas frequentissimas faciet. *D.* rara esse solet & interdum sæpè in scripto reperitur, ut in:

Dive Druse dabis domibus donaria divum.

Quem-

[*m.*] *F.* non pertinet ad frequentes, *P.* potius, quæ littera plurimas habet voces à quibus inchoat. Dein *M.* pertinet ad frequentissimas, occurrit enim in omnibus declinationibus, conjugationibus, adverbii multis, &c.

[*n.*] *L.* non est inter frequentiores collocanda.

[*o.*] *P.* ad frequentes pertinet, ut supra notatum est.

[*p.*] adde *y.* rarissimè obviat.

[*q.*] Si littera aliqua, quæ aliàs rarò occurrit in scripto sæpius obviat, id sit per accidens, ut bene Porta monet.

Quemadmodum T. in vulgatis Versibus:

O Tite, tute tati tibi tanta tyranne tulisti.

Et tuba terribili tonitru taratantara trusit.

Sed quoniam satis elementorum tractationi fortasse tribuimus; nunc reliqua, quæ ad commodè interpretandum spectant, prosequamur.

CAPUT IV.

*Simplex commutatae figurae modus
quomodo deprehendatur.*

DUplex occultandi scripti genus esse proximo volumine indicavimus, alterum, quod adhibita diligentia, & certa ratione potest interpretari: Alterum, quod Apolline solum ænigmatum auctore, ne dicam Deo Opt. Max. interprete videtur indigere. Quare hac parte intermissa, illam prosequamur. Rationem autem, quæ in transponendis characteribus consistit, non esset in opportunum prætermittere; tum quia iis, qui se ex alicujus operis præceptionibus in aliis scriptura involucris excuerint, facilius videtur, quàm ut demonstratione opus sit; tum etiam, quia in liberâ hominum transponendi scripti voluntate minimè certa ratio tradi posset. Verùm, ne rem omninò intactam relinquamus, id solum admonuisse satis erit, ut primum experiatur, an eo dolo charta contexta sit. Characterum itaque contextus per omnem ordinem requiratur, modò in tertiis, modò in quartis quinq; litteris, vel alio ordine, modò à dextro in sinistrum, modò à sinistro in dextrum, modò in secundâ lineâ, modò in tertiâ & quartâ, vel aliter,

modò in versum initio, modò in fine, (quemadmodum alio volumine suo loco significatum est,) donec unius tantum verbi noticia eruat: Quod, ubi feliciter tentatum videbitur, pari ratione & ordine servato, si ejusmodi solus sit, in ceterum procedi poterit. Hæc ad eam fraudem detegendam talis occulti scripti satis esse videntur. Proximum est, ut de agnoscendâ simplici permutati characteris occultatione modos præbeamus. Notarum itaque numerus, series, seu contextus, scripti partes discretæ, & characteres in fine collocati indicia præbent. Characteres itaque diversi primum distinctè [a] numerabuntur, eos non plures viginti uno, vel ad summum duobus & viginti esse oportet; nam si plures sint, doluserit obscurior, & [b.] adfectuosus & ociosus esse cognoscemus: Minor numerus diffiniri non potest, siquidem Notarius obscuritatis causâ facile in scripto potest paucioribus uti literis. His prætermisissis, quas rariores & minùs crebras esse diximus, cum litterarum contextum observabimus, quæ pauciores characterum formæ [c.] quinarium non excedentes, crebrius interveniant;

[a.] *Distincta characterum numeratio primò omnium est instituenda, estque necessaria simul ac utilis, quia numeratio hæc deducit quandoque in cognitionem idiomatis. Si plures viginti characteres in scripto inveniuntur, scriptum illud non est Italicum: quippe Itali tantum habent viginti characteres. T. & X. ignotum iis est.*

[b] *Vel aliud esse idioma cognosci debet.*

[c] *hoc vult Porta: quinque characteres, qui sæpius in scripto interveniunt, ita ut nulla sit dictio, in quâ unus ex illis character non incidat, esse annotandos. eosque esse vocales quæ in re præluxit Dr. Harsdörffer & Dr. Schöbinger.*

veniant, ita ut nulla sit dictio, in qua unus ex illis character non incidat. Scripti præterea discretio hujus generis etiam poterit admonere, dum scripti partes disjunguntur, ubi recte ne, an perperam illæ discretæ sint, finalium litterarum numerus indicabit, quas proximo capite recensuimus: nam si ejusmodi litteræ scriptum terminantes plures erunt, quàm dictum est, argumentum alterius immixtæ fraudis habebimus. Verùm quia characteres pauciores esse possediximus, operæ pretium est videre, si numerus [d] diminutus sit, quænam litteræ ademptæ sint: Ratio itaque hæc est. Si litteræ una & viginti sint (ut à majori numero fiat deductio,) [e.] *X* fuisse sublata agnoscemus, si viginti *X*, si unde viginti *Z*, si duodeviginti *Q*, si decem & septem *B*, si sexdecim *G*, sic & de reliquis servato litterarum ordine, quas vel minùs, vel magis raras appellavimus, ut altera alteri succedat. Verùm ne quis interdum frustrà se tentatà me in hoc fortasse vanum appellet, hoc quemlibet admonitum volo, me de re tam implicatà, præsertim autorem qui neminem habuerim, quem sequi potuerim, præceptiones eas tradidisse, quæ & plerumque sic soleant evenire, & sic naturà esse demonstrantur: unde res ex conjecturis ducenda fuit; alioquin non inficior fieri, ut interdum res aliter, quàm ex præceptiones admonent, possit evenire. Verùm in nihilo va-

L 5

num

[d] i.e. si non omnes Alphabeti litteræ sed sedecim, septendecim tantùm in scripto deprehendantur.

[e.] Subtractio hæc litterarum est nulla. & decipit, quod experturo patebit, ne in centesimâ quidem epistola locum habere. Unde Porta ipse fatetur, rem ex conjecturis ducendam. Sed mali.

num deprehendi, divini potius, quàm humani effat ingenii. Hoc nolui prætermiffum: rem de cætero plerumque sic se habere benignus Lector intelligat.

CAPUT V.

Consonantes quot modis in simplici permutati characteris scripto à vocalibus dignoscantur.

Quemadmodum igitur pueris, ut legere discant, elementa primum dignosci oportet, mox syllabas connecti, deinde verba colligi: Pari ordinis ratione interpretem procedere necesse est. Quare opportunum erit à præmissis, hoc est à consonantium, & vocalium investigatione ad earum potestatem indagandam pertransire, ut ubinam eas inquiri oporteat, ostendam. At quia contexta & par utriusque investigandi ratio est; altero enim cognito statim alterum innotescit: idèò earum inter se discrimen primum visum est hoc capite comprehendere. Accuratâ itaque debemus diligentiam circa hæc consistere, ut rectè scrutari & secernere discamus, omnem enim de hæc re præceptionem super his constituimus, totaque nostra hæc innititur cognitio, ut si in his initio hallucinamur, statim in ipso limine cogamur deficere; cum postmodum errore excrecente, ut de implicatâ interpretandi ratione omnino desperandum, vel in eâ maxime elaborandum sit: Error enim, qui initio fit deterior, quàm qui in progressu esse solet. Diligentius ergò interpres rem initio perpendat. Sed earum distin-

distinguendi rationes plures sunt. Nemini itaque dubium est litteras ex notis vocalium & consonantium constare: sicque consonantes vocalibus innixi, ut litterarum nexus aliter effici non possit. Nam sicut membra absque nervis nequeunt consistere: Pari modo sine vocalibus consonantes constare non possunt. Vocales enim spiritus vim obtinent, & consonantibus sonum impertiunt. Cum ergo ita socientur, si alteras noverimus, alteras etiam statim cognosci oportebit. Prima igitur ratio est, ut toto orationis ambitu, litteræ, quæ frequentissimæ, occurrant, videantur, quæ si numero quinque sint, observemus, & sic frequentes erunt, ut nulla dictio sit, in quâ magis, vel minùs crebrò pro litterarum numero reponantur, ejusmodi notas [a.] vocales esse cognoscemus. Cæterùm positionis ordo erit, ut vel syllabam præcedant, vel primam litteram sequantur, vel secundæ succedant, vel tertiæ, rarissimè & ferè nunquam quartæ, ut sit in *ERICHTHONIUS* & *ABSTRUSUS*. Quod si sermo vulgaris, & Italicus erit, novissimos dictionum characteres, præsertim in solutâ oratione, [b.] vocales esse admonebimur. [c.] Possumus & aliâ ratione eas litteras venari: nempe si ea quænaverimus elementa, quæ rarissimè in scripto reponuntur, quas vix tertio, vel quarto quoque versu repetitas offendemus; eas consonantes has [c.] Q. X. Z. esse cognoscemus,

[a.] Nego notas, quæ creberrimè occurrunt, vocales esse. Id ipsum principium Clariss. Harsdörfferus. Sebbsentius ex Porta desumpsit, quos vide suis locis infra.

[b.] Verum est in Italica Lingua finales plerumq. esse vocales.

[c.] Per nego characteres rarissimè in scripto repositos esse Consonantes disjunctivè has: Q. X. Z. vò Z. ferè

scemus, ex enim quod obvia verint, vocalium [d] sequelam nunciabunt. Hoc etiam plerumque H. præstabit; quo fiet, ut ex harum ductu, illarum sequelam nanciscamur, vel è converso. Tertius modus erit, ut [e.] disjunctos & singulares characteres observemus, qui dictionem constituant, eos enim vocales has A. E. I. O. [f] esse necesse est, quæ quatuor erunt, ut fit in latino sermone in A JOVE PRINCIPIUM, in E PATRIA ERTORREM, in I SEQVERE ITALIAM, & in O UTINAM, Quartus erit, ut advertamus an [g] eadem characterum formæ dictiones vel inchoent vel terminent, eas enim procul dubio vocales esse dicemus: nunquam enim fit, ut dictio à geminis [h.] iisdem consonantibus inchoetur, vel in easdem geminatas definat: ut fit in VULTUS, & IDEM, & VUDICII, & EOO, & hujusmodi aliis. Quod verò in dictione VULTIS utramque VV, vocalem appellat-

ferè nunquam occurrit, cum paucissima vocabula habeat.

[d] De rō Q. certum est, quod habeat subsequentes Vocales, ad minimum duas. Item de rō Z. verum de rō X. falsum: cum dicatur expultrix, expellere, & infinita alia, in quibus rō X sequitur consonans, non vocalis.

[e] Rectissime tradit observandos esse in scripto solitarios, sive disjunctos characteres. quia in Latino sermone necessarij sunt vocales, in Gallico & Italico vel vocales, vel Apostrophæ.

[f] Itali habent V apostrophatum.

[g] Characteres ab initio & in fine geminati precipue sunt notandi, quia si de latina lingua loquamur, sunt vocales, vid. Reg. i. list. u.

[h.] Hispani dictionem à geminis inchoant consonis, o. g. Llamar, &c.

pellamus, velim Lector intelligat (ut sæpius dictum est,) à nobis hujus disciplina causa [1.] orthographiam contemni. Neque enim, quamvis alio ea liuera fungatur munere, curamus propterea nomen permutare: Sed hinc germanicum idioma, & [4.] barbara alia excludi censemus, in quibus fit interdum, ut eadem consonantes dictionis initium faciant & finem. Ad hæc quinta ratio accedit, ut si in media dictione geminatas litteras conjungi videbimus, inde præcedentem, & subsequentem characterem [m.] vocales esse colligamus, quod [n.] ferè nunquam decipiet, ut fit in *ACCOM-MODO*, & *OCCURRO*: Infirmitur aliquando Regula sequente *H, L, & R.* ut fit in *BACCHUS*, & *AGGLUTINO*, & *ATTRITVS*, sed hoc rardè evenit. [o.] Potuerunt tamen geminati & simul positi characteres vocales esse, quod ex præcedentibus, vel subsequentibus non erit difficile deprehendi, ut fit in *CONFICIO* & *DEESSE*, & sic litte-

[i.] Non ideo Orthographia contemnitur, quando *vò* & *u.* vocales eodem characterè pinguntur, quàm non contemnitur, si *vò* & *jod* & *i.* vocales eodem scribuntur.

[l.] Rectissime præmonet de Germanicâ Linguâ, quâ multum habet geminatas finales, e.gr. *f. l. m. n. r. s. t.* quod in aliis Linguis est planè insolitum.

[m.] Falsum est, si in media dictione geminata conjungantur, geminatum esse consonam antecedentem verò & subsequentem vocalem. Contrarium patet ex vocabulis concreare, procreetur &c.

[n.] Certè sæpius decipit. Et quid tùm, si scias esse vocales sequentem & præviam geminatâ existente mediâ, nec tamen determinatè, quales illæ vocales sint.

[o.] Ipse Porta concedit, geminatos characteres vocales esse posse.

litteras utrinque positas consonantes esse deprehendimus. Hoc tamen novissimè præstabit inter duas similes characterum formas dissimilem unam inspicere: fit etenim plerumque, ut similes utrinque positz, vocales sint, ut in MISERERE. Licet interdum etiam character dissimilis interpositus vocalis sit, ut IVIMVS. Frustratur tamen etiamnum Regula, sique ut tres characteres vocales sint, ut in INITE, hoc tamen rariùs evenit. Unde Regula minimè contemnenda est; tamen si incidat, ut aliquando locum non habeat: [p.] Nullæ enim ferè de realiquâ præceptiones afferri possunt, quæ interdum non frustrentur: neque generalia per particularia debent infirmari. Sufficit namque ut muleò [q.] frequentius præstent, quàm decipiant: quod etiam de cætero sentiendum est.

CAPUT VI.

Quot modis distinctas consonantium potestates venari possimus.

CONSTITUTO duplici litterarum discrimine, & vocalibus à consonantibus discretis, sequitur ut distinctas earum potestates aucupemur. Sed id ipsum primùm in consonantibus quæremus: cum quia consonans plerumque vocali præponi solet, quòd quasi natura videtur præcedere: cum quia ex unâ consonante alterius & consonantis, & vocalis noticiam, ut plurimum ejus naturâ edocente, aucupamur:

[p] Præceptiones, quæ frustrantur, eliminanda sunt.

[q.] Hoc adhuc controversum est, frequentiusne præstent an decipiant præceptiones à Portâ traditæ.

samur : quod ex vocalibus consequi non possumus. Quemadmodum enim aliquam consonantem certa vocalis necessario sequitur, & posito consonantium numero poterit unaquæque diffiniri: Observatus enim earum litterarum ordo in syllabâ, non parùm adjuvabit; non fiet pari modo, ut vocalis certa consonantium, quæ præcedunt, vel subsequuntur nobis, possit notitiam distinguere. Ut igitur ad institutum accedamus, plures ad hanc rem poterunt præceptiones adjuvare. Primum itaque characterum figuras observari conveniet, quæ (a.) frequentiores, quæque minus frequentes in scripto apponantur non ignorare, singularum repetitam (b.) positionem numero indicante. Tum admissio litterarum ordine, quemadmodum magis vel minus crebrò solent plerumque ex sui naturâ scripto intervenire, singulæ figuræ distinguuntur: de quibus licet (c.) superius facta sit mentio, non gravabor tamen eas litteras juxta seriem rursus apponere. Ordo igitur se habet hujusmodi. (d.) S, T, R, L, M, N, C, F, P, G, H, D, B, Q, Z, X, quarum unaquæque quantum præcedit, tantò frequentior est. Non inficior tamen secus posse evenire: eaque de causâ plures rationes afferuntur, ut si una Regula frustretur, alia

(a.) Characterum figuræ in scripto extantes observare utique convenit, sed attendere ad eorum vel frequentiam vel infrequentiam tanquam ad fundamentum vocales investigandi nihil proficit.

(b.) numerare characteres, quoties unusquisque occurrit, labor est inutilis; si scriptura prolixior fuerit, ex tempore solvi poterit, ut non sit opus longum numerare.

(c.) Suprà h. eod. capite.

(d.) in hoc ordine multa desideramus: M, præponi debet. τϕ L. P. τϕ F. D. τϕ G. X. τϕ Z.

aliæ non decipiant, & (c.) aliæ alias sustentent. Quare omnes, si erit necesse, tentari conveniet. Hujus rei fidem faciunt Typographi, qui singulorum elementorum typos pro cujusque usu graduarum magis & minus frequenti, plures & pauciores habant: quod eorum elementorum usus magis & minus crebrò soleat intervenire. Hujusmodi præceptiones remotiores sunt, quàm ut certa litterarum cognitio haberi possit: nunc ad magis propinquiores proximum est accedere. Succedit itaque ex consonantium numero cum in initiis, & finibus verborum, cum in iis mediis, quæ unaquæque sit, cognoscendi modus. Sed ut hoc in initiis primum exigatur, hæc erit observatio. Dictionis principio, ut summum quatuor consonantes cohererebunt, ut accidit in (f.) *PHTHISI, PHTHONGO, SPHRAGRIDE*, & similibus, minor numerus non pericribitur: nam tres, duæ, & una tantum potest vocalem præcedere. Si quatuor itaque vocalem antecedant, plerumque fit, ut duplicem, id est secundum & quartum locum (g.) index aspirationis sortiatur. Nam & illa interdum posita semel, alibi collocatur, ut in *SPHRAGRIDE*. Et enim interveniente, litterarum numerus augeatur, cum scripturæ nihil præter sonum, quasi furtim præbeat. Sed crebrius in dictionum (b.) principiis tres consonantes solent coherere: quarum ut cujusque

(a.) *Illæ sustentatio Regularum mutue vel succedanea est nulla.*

(fa.) *Nullum vocabulum latinum quatuor consonantes inchoant. Vocabula apposita sunt Græca.*

(g.) *Aspiratio illa indicat vocabula esse Græca.*

(b.) *Non ita crebrò tres consonantes inchoant dictionem.*

Jusque potestatem venemur, hic modus observabitur. Earum primam ex his unam esse necesse est *C. P. S. T.* Harum enim consonantium natura duas alias subsequi permittit: quarum altera, si erit aspiratio, vel prins, vel posterius apponitur, ut in *CHLAMIS, PHRASIS, THRONVS & PHTO. LOMÆVS* evenit. At *S.* nullam patitur aspirationem statim subsequi ut in *SPHÆRA* Quod si in eo numero nulla fuerit aspiratio: tūc primam *S.* esse necessum est. Hæc enim semivocalis patitur mutam primū, deinde liquidam subsequi. Ex multis verò unam ex his evenire necesse est, *B. C. G.* ut *SCLOPVS, & STRAGES;* verū de *B & G.* latinum exemplum non habetur, ex præcipuis duabus liquidis, ut *L.* vel *R.* ut *SCRIBO, STRABO, &* id genus reliqua. E consonantibus verò hæ solæ *C, P, T, R,* statim recipiunt aspirationem. Ratio est, quod cæterarum natura asperitatem non ferat.

(i) Quod si duæ consonantes in verborum initiis ponantur, ex his singulas primas esse oportet, *B, C, D, F, G, P, R, S, T,* secundas verò *L, H, R,* sed earum nexus talis erit (k.) *B,* potest *L, & R,* admittere, ut *BLASIVS & BRACHIVM,* *C,* omnes simul, ut

M *CLARVS,*

(i.) Sensus est obscurus, ut Author habet in suo exemplari: Quod si duas consonantes verborum initia admiseris contra Grammaticam. Nos correximus: Quod si dua Consonantes in verborum initiis ponantur, vel si dua consonantes ab initio conjungantur. Nota multa esse in Porta vitia &c. passim correctæ.

(k.) Ha Regula de sequelâ litterarum tūc demum usum habent, quando consona aliqua jam est inventa, alias non: Quanquam ne tūc quidem adeò magnum; inventâ enim unica tantū litterâ beneficio Regularum nostrarum integra expediri potest scripturâ.

CLARVS, (**CRISIS** & **CREDO**, **D**, solum **R**, accipiet, ut **DRACO**, **F**, **L**, & **R**, ut **FLUMEN**, **FRANGO**. Eadem **G**, assumet, ut **GLISCO** & **GRATIA**. **P**, omnes, ut (l.) **PLVS**, **PHTHISIS**, & **PROBVS**. R. tantum **H**, excipiet, ut **RHENVS**. **T**, **H** & **R**, accipiet, ut **THAIS**, & **THRASO**, **TRIBVNVS**. **S**, verò soli aliz plerumque consonantes supponuntur, ut **T**, **C**, (m.) **F**, & **P**, ut **STATVVS**, **SCIPIO**, **SPHINX**. De **F**, latinum exemplum afferri nullum potest, sed eo sic (n.) vernaculi utuntur. Solent illæ interdum & aliter connecti, ut **B**, cum **D**, quemadmodum est **BDELLIVM**, & **C**, cum **T**, ut **CTESIAS**, **M**, cum **N**, ut **MNESTHEVS**, **G**, cum **N**, ut **GNARVS**, **C**, cum **N**, ut **CNEVS**, sed hujusmodi verborum nexus, & si quæ sunt id genus alii, rarius incidunt. De simplici consonante convenit dicere omnes posse vocalem statim præcedere. (o.) **G**, lat. sermo **V**, quæ præit vocali non patitur subsequi, quare **VIDO**, **VERIVS**, **VALTERIVS**, pro **GVIDO**, **GVERIVS**, & **GVALTERIVS** dicitur, quod in (p.) patrio sermone non servatur. **G**, apud Latinos aspirationem

nem

(l.) Vitium fuit: Prius pro Plus correctum.

(m.) adde **M**, in smegma. **Q** in squilla.

(n.) Apud Italos rō **S**, initiale sequitur **B**, in **Sbandare**, **D**, in **Sdegno**. **F**, in **Sfuggire**, **G**, in **Sgravare**, quæ apud Latinos inusitata est consecutio & connexio litterarum.

(o.) Iterum obscurus sensus, quem hunc esse existimamus. Consona **G**, apud Latinos, si eam sequatur **u**, & adhuc rō **u**, alia vocalis, omittitur, ut dicam **Valterius**, non **Gualterius**, quia rō **G**, sequuntur **u**, cum alia vocali.

(p.) Italico sc. quo **G**, sæpius ponitur ante (**u**, **a**), in **gualghiera**, **gualdrappa**, &c.

netum non recipit, sed apud (q.) vulgares non excludit. *D.* aspirationem nunquam patitur subsequi. De consonantibus dictiones inchoantibus satis; nunc de aliis quæ in mediis solent occurrere. In mediâ dictione possunt quatuor simul esse consonantes: quod evenit, vel aspiratione, vel liquida, ut fit in *ERICHTHONIVS & ABSTRVSVS*. Si vero ternæ fuerint, quod crebrius evenit primas aut has *S*, & *M*, semivocales esse oportet, aut omnes mutas. Quod si *M*, fuerit, tàm *H*, sequi necesse est, si *S*, eas, quas necessitatio succedere superius diximus. Idem & de mutis etiam dicendum est: sed hoc erit, si eas consonantes syllaba simul coire patiatur: Alioquin illæ erunt, quæ conjungi non possunt, quemadmodum *B*, *C*, & ex adverso consonantes, quæ intra dictionem in syllaba cœunt, eas esse cognoscimus, quæ possunt, & initio syllabam conficere. Prima igitur geminatarum consonantium cognitio se offert: omnes esse poterunt exceptis his (r.) *H*, *Q*, *X*, & *Z*. sed hæc postrema in (s.) ternario sermone geminatur. Verùm si geminatas alia consonans consequetur, illam vel alteram ex duobus liquidis *L*, & *R*, vel aspirationem esse oportet, ut fit in *AGGLVINO*, *AGGREGO*, & *BACCHVS*. Terminare vero dictiones tres consonantes possunt *R*, *B*, *S*, & *R*, *P*, *S*, ut *VRBS*, & *STRPS*, sed has tantum dictiones esse comperimus. Crebrius duæ ut *ST*, *NT*, *NS*, & *RS*, quemadmodum fit in *EST*, *AMANT*, *AMANS*, & *ARS*, raro in *PS*, *BS*, *NX*, ut *STRPS*, *SCOB*, *SPHINX*. Finales

M 2

verò

(q.) Italos sc. qui dicunt: Ghirlanda.

(r.) adde Latinum *A*. ingeminabile, exceptis paucis,

(s.) Italico putat, ubi tò *Z*. creberrimè geminatur.

verò litteræ ut dignoscantur, hæ apud Latinos crebriores esse solent, (t.) *D, M, N, R, S, T*: in hæc etiam nonnunquam desinunt (u.) *B, C, L, X*. De (x.) vocalibus nihil dicimus, nam omnes ferè dictiones in eis terminantur. In *H*. terminantes dictiones duz suppetunt Latinis (γ) *AH, & VAH*, quæ detracto *A*, supersunt de *AHA, VAHA*. Volgares tamen nostri in vocales plerumque dictiones terminant, finales verò consonantes paucas habent *R, L, T, H*. Possunt & aliz de agnoscendis primis, mediis, & extremis dictionum litteris observationes tradi, sed eas tùm brevitatis causâ, tùm etiam, quia hoc ipsum Grammaticæ potius, quàm nostræ tractationis est, omittimus. Hæc licet nonnullis levia, & parvi momenti videri possint, tamen quia à nostro munere nequaquam abhorrire visa sunt, non duximus omittenda.

CAPUT

- (t.) *D. tantum in novem vocalis est finale, vid. Reg. Litt. D. Lingu. Latina. N. etiam non tam crebro est finale.*
- (u.) *b. desinit tantum in ab, ob, sub, rob, vid. Reg. B. Lingu. Lat. ult.*
- (x) *Hæc debuisset de vocali u. Regula addi: u. est inter vocales rarissime finalis, sed sepiissime penultima, quod probamus 1. in omnibus Genitivis Pluralibus omnium Declinationum. 2. In omnibus Accusativis secunda & quarta Declinationis, etiam in nonnullis tertia Declinationis, quæ sunt generis neutrius. 3. In omnibus primis personis Verborum Pluralis Numeri. 4. In infinitivis, Supinis. 5. In Adverbis. 6. Præpositionibus, Conjunctionibus est finale.*
- (γ) *Addi: Proh, oh,*

CAPUT VII.

Quot modis singulas vocalium potestates aucupemur.

Distinctâ in hanc modum consonantium noticiâ, sequitur mox, ut sic vocales cognoscantur: Hujus rei modi aliquot afferri possunt. Primus itaque est, ut inde initium, unde ante in consonantibus auspicemur. Si earundem figurarum repetitio observetur, quæ crebrius, quæque minùs crebrò in scripto reponantur, illæ ordine sic se habent, ut (a.) E. frequentissima sit, l. mox minus frequens, hæc rursus rarior (b.) O, sic & hac minus frequens (c.) A, & (d.) V, postea omnium rarissima. (e.) Primæ verò binæ in scripti repetitione tam quasi cognatæ sunt, ut vix possint diffiniri vera crebrior soleat intervenire Idem & de binis aliis O, & A. rectè affirmabitur: quod observatis singulis in li-

M 3

bris

- (a.) *Regula hæ sunt siculnea. Contingit tò E. sapissime occurrere. Apud Germanos Regula hæc est firmior*
- (b.) *Non probamus, quod tò O. faciat Porta frequentior A. cum O sit inter vocales omnium minimè frequens.*
- (c.) *A multò frequentior est tñ O.*
- (d.) *tò u. crebrius occurrit, quàm tò O, unde si ordo constituendus esset, tunc ego constituerem: E. l. A. V. O.*
- (e.) *Satis obscure hic proponit sensum animi: Sensus est, inter tò A & O. E. & l. nullam esse ferè differentiam, aequè crebrò utramque occurrere, id quod verum est. Nota quoque vitium in Porta exemplari fuisse: prima pro prima &c.*

libris dictionibus ediscitur, licet interdum res aliter contingat, Nos enim de eo quod (f.) frequentius est, non quod & aliter interdum fit, loquimur. Hoc primum indicio habito, alia deinde observari oportebit, ut si duæ similes vocales inchoent, & terminent, utramque // esse cognoscamus, ut pluralitatem pronominis, quod est, *Is*, innuat, Quod si verbi initio eadem figura sint appositæ, ambas vel (g.) *I*, vel *V* esse censebimus, ut est in *VULTUS*, & *IDEM*, cujus rei certitudinem succedentium mox characterum poterit observatio confirmare. Duplex enim *OO*, solum in dictione (h.) *OOINÆ* (Insula in septentrionali Oceano positæ,) reperitur. Ejusdem raritatis erit verbum invenire, quod à triplici vocali initium sumet, hoc enim nescio, an in aliquo vocabulo, quàm in eo, quod est *Uvula* reperitur. (i.) Hanc præterea vocalem esse cognosces, si eam rariorem universo scripto (k.) litterarum sequi conspexeris, quam *Q*. esse admoneri possumus, (l.) illi enim semper solet succedere.

Plures

(f.) de eo disputatur, num frequentius id fiat, quod opinatur Porta,

(g.) vide Reg. primam rû u. Litt. Latine & invenies plura adhuc esse vocabula, geminatam ab initio dictionis habentia, neque tamen vel ab u, vel i, incipientia.

(h.) Nego hoc; Sunt enim alia, e gr. *Oopellum*, *Ooscyphium*, *Oogala*, *Ooros*, &c.

(i, k.) Hanc, pimirum u. Sensus iterum satis perplexus, quem ita enodamus. Cognosces characterem aliquem significare u, si conspexeris rû u, vel characterem qui significat (u), sequi rariorem litteram sc. *Q*. in universo scripto, quam rariorem, qua rû u, antecedit vel characterem ejus admoneri possumus *Q*. esse.

(l.) illi enim, i. e. rû *Q*. solet succedere rû u.

Plures ad hęc conjecturę afferri possunt, sed eas prætermittere tam parvi refert, quàm convenit brevitate sequi. Neque enim interpretanti observare omnia, quę de his dicta sunt, erit necessarium. Siquidem nimis molestum foret hęc cuncta experiri: ut satius esset in ambiguitate remanere, quàm in tanto labore tam anxie torqueri. Ex paucis enim hujusmodi observationibus facile fiet, ut nonnullę cognitę litterę, cęterarum nobis (quemadmodum alibi dictum est,) sine Regulis cognitionem tradant. Quare (m.) omnis labor circa initia versabitur. Verùm nec aded uni Regulę ad litterę cognitionem fidendum est, ut non debeamus experiri, an ex aliis ejus certitudo confirmetur: alioquin parùm fuisset profuturum multas ad id præceptiones tradere, nisi visum esset commodius unam alterius nixu sustentari, & unius certitudinem debere alterius experimento confirmari.

CAPUT VIII.

Quomodo traditis Regulis uti conveniat: tùm de eo exemplum.

Nunc quemadmodum iis Regulis uti conveniat, Opera pretium est indicare. Quod non modò superfluum non videtur, verùm etiam maximè utile, imò verò interdum maximè necessarium. Parùm enim esset, quempiam præcepta artis, & instrumenta habere, nisi eorum etiam usum percal-

M 4

leat.

(m.) Utique omnis labor circa initia versatur; unde hic opus, hic labor est, non in conjecturis occupatus, sed solum Regulis.

leat. Neque dubium est eum, qui alicujus rei futurus est artifex, si alium artificem operantem videat, multò facilius ea, quæ didicit oculorum sensu, quàm ante auditu, & mentis agitatione percepturum: cum certior rerum notitiâ ex oculis, quàm aliunde haberi possit. Nam & certiora sunt ea, quæ per praxin, quàm quæ per præcepta, & canones tantùm ediscuntur. Sed ut ad propositum accedamus. (a.) Primum ex Regulis, quas tradidimus, ecquid hujus generis an alterius obscurè scriptum sit, diligenter interpres observabit. Quod ubi cognitum sit, ad hoc genus pertinere, (b.) elementa primùm singula distinguet, & suam cuique characteri (c.) potestatem suppositis veris litterarum formis substituet. Quod rectè an perperam effectum sit, (d.) experimentum indicabit. Aut etiam in eadem potestate (dd.) integros & perfectos verborum sensus characteres explebunt, aut imperfectos, corruptos & nihil prorsus significantes reddent. Quod si ea cura minùs dextrè videbitur cessisse, judicium in artis locum succedet, (e.) res conjecturis agenda,

(a.) Primum omnium est epistolam discernere & judicare, cujus sit idiomatis.

(b.) Per elementa intelligit litteras vel characteres.

(c.) i.e. Characterem qui frequentissimè occurrit, supponit pro E. &c. dein i.

(d.) Experimentum indicabit utique te sapius deceptum.

(dd.) i.e. fiet, ut quandoquæ integrum verbum eruas per vocales crebrò minusque crebrò occurrentes, e. gr. si character frequentissimè occurrens sit E. dein minus frequens i, & existat in scripto vocula (21.) erit illa ei, ratio, quia rò 2. sapissimè occurrit, secundùm eam character (1.)

(e.) Methodus, quâ conjecturis agitur, præsertim in scripto prolixo nullius est hili.

da, & in iis est multum elaborandum: tentabimur an in paucis modò his, modò illis, nunc (f.) permutatâ potestate, nunc (f.) restitutâ res possit videri voto cedere. Si adhuc res animo non responderis, quærentur verba, in quibus vel (g.) nulli sint iidem characteres, vel paucissimi, ut aliorum mox experimentum fiat, donec possit videri, an ex iis aliqui opinioni convenient. Si ne hoc quidem proderit, dictiones tum (h) paucissimis conflatae litteris eligentur, uti quas vel una solum perficiat, vel duæ, tresve, aut ad summum quatuor. Siquidem, quæ huiusmodi sunt, inter paucas numerantur, & minor proinde labor erit ad certitudinem non multum vagari. Cujus rei gratia nos Tabulas confecimus, ut quoties opus sit, eâ de causâ quilibet ad eas possit recurrere. Sic enim facile erit verba, si qua huiusmodi scripto reponantur, intelligi, unde characteribus primùm aliquot cognitis, non difficile quis poterit aliorum mox notitiam consequi. Sed si ex adverso primâ fronte iudicium videbitur voto cessisse, ut non obscuro argumento sciri possit, ecquid veras notarum potestates fuerit venturus, ex antecedentibus vel consequentibus cer-

M 5

titudi-

- (ff.) i. e. Modo character supponendus est pro E. modò pro A. modò pro consonante, donec res cedat.
- (g) Hoc planè est præposterum & absurdum, nempe querere verba in quibus vel nulli sint iidem characteres, vel paucissimi; cum potius illa vocabula sint conquirenda, in quibus eadem littera sapius obviat, non, quæ habent singulos diversos, ita enim aliorum experimentum fieri nequit.
- (h.) Rectius agitur, quando vocula duarum, trium, quatuor litterarum annotantur, & describuntur, item, quæ repetunt litteras.

titudinem nanciscetur, nam si laborem eventus minimè sit frustratus, hoc integer & congruus verborum sensus indicabit, ipsa verò cognitorum characterum junctura, reliquorum subinde poterit paulatim notitiam ingerere. Quà in re minimè labor fugiendus est, sed res tamdiu tentanda, modò ut diximus litterarum potestate permutatà, modò restituta, donec quod clausum, se sponte paulatim aperiat. Verùm ad hæc non parùm afferet luminis, si eorum, quæ circa rem sunt, quæque prius ab interprete sciri diximus præstare, cognitio (1.) accesserit. Inipio igitur antequam ad scriptum veniatur, nonnulla ex conjecturis nancisci licebit: Veluti quia de (k) manu militis, ab exploratoribus epistola est intercepta, de re bellicâ inde tractatum esse arguetur, unde verisimile est *BELLI* nomen non esse prætermissum & ex quinque, sive sex, sive pluribus ea dictio constata sit, non deesse, si idioma latinum esse cognoscetur: nam si vernaculum illud sit (l.) proprii verbi litteras perquiri oportet. Atqui ad hoc scripti prius rationem haberi est necesse. Nam si illud ad hoc genus perlinebit, verbum illud si erit, facillimè poterit obviare, si verò aliis dolis involutum sit, major ad inveniendum erit labor, & rem aliter, atque aliter proscripti genere tentare oportebit. Sed ut dicta facilius intelligantur, exemplum adjiciam.

Nam ut in declarationibus efficacissimum est: ita in disciplinis ad docendum apertissimum videtur, quòd sic præcepta quasi experimento comprobentur.

(i.) *Hæc nulla sunt, & straminea.*

(k.) *Et hæc: non enim à manu militis accipiuntur epistolæ semper. Unde siculæ: a sunt, quæ sequuntur.*

(l.) *nimirum: Guerra.*

tur. Multa enim instantia iudicio vel statim sapè decernuntur, quàm vel difficile est ante casum à magistro diffiniri, nedum à discipulis percipi. Id obscurè igitur scriptum erit:

1234. 567895. 02 b 465. K 23463.
 9 3 3 06785808. 64. 80846. Q 68875.
 D 789. 77 II. Q 68883 609072. K 2786.
 Q 2048460 b 6 b 8784. 6 b b 6.
 76121789 Q 8470. 70 Q 3. 64. Q 6888.
 Q 8083. 6084.

Scriptura est Porta, sed characteres sunt nostri, eo à nobis sine electis, ut correctius typis imprimeretur Scriptura, qua, si inconditi istiusmodi characteres adhiberentur, vitiosè forsan exenderetur, sicut & ipsius Porta characteres non uno laborant vitio. Interim nihil accedit vel perspicuitatis vel obscuritatis Scripturae, quibuscunque characteribus ea exaratur.

Pergit Porta.

Primum itaque variati characteres, quod non plures viginti conspiciuntur, (m.) crebrior præterea quinque characterum repetitio, quæ vocalium præbet indicium: Finales etiam litteræ. quæ præscriptum numerum non excedunt: distincta tum partium series, & cetera demum, quæ ad huiusmodi scriptum spectant: Simplex permutati characteris genus esse non ambiguis admonet conjecturis.

Idioma

(m.) nego, quod crebrior characterum repetitio vocalium præbet indicium.

Idioma verò (n.) latinum esse, ex finalium litterarum numero deprehenditur. Quia verò Magnates ab epistolis in arduis præsertim negotiis Notarios scripturæ peritissimos habent, sperandum est proinde orthographiæ rationem minimè fuisse prætermisissam. Cæterum, antequam ad Elementorum noticiam venietur, tentari potest ex ipsa materia an aliquod scripti verbum possit intelligi, ut eâ ratione aliqua inde litterarum notitia deveniat. Quoniam itaque (ut dictum est,) (o.) conjici potest de bello agi, quod epistola vel belli tempore, vel aliâ id ratione cognoscatur, proinde non erit admodum difficile perquirenti aliquo scripti loco ejus verbi sex litteras invenire, prodente hoc præsertim geminatæ litteræ, quæ opportuno loco collocantur indicio, eoque modo ex ipsâ materiâ, priusquam ex scripto trium primo figuratum, quasi certam noticiam deprehendi. Nam de iis nondum primâ fronte satis poterit constare, nisi ex consequentium positione certior notitiâ confirmator. His itaque in universum cognitis superest sem ipsam propius attingere, ut singulorum elementorum potestas dignoscatur: Vocales igitur primum in mediis dictionibus, & interdum in earum finibus quaesiturus, (latinus enim sermo in terminationi-

(n.) *Finiales in hoc scripto Porta sunt sequentes: 4. 5. 3. 8. 6. 9. II. 2 0. novem consequenter, ex quibus nondum concluditur hoc idioma latinum esse. Italicum non esse probabiliter inferitur. Gallicum non esse plane doceri nequit, multo minus determinari Latinum.*

(o.) *At quaeso, unde conjici potest agi de bello? Et si in hac epistola agitur de bello, an in alia etiam agitur?*

tionibus potest decipere,) has figuras, quia (p.) creberrimæ repetuntur: 2. 6. 8. 9. γ. vocales esse conjiciet. Huc accedit, quòd (q.) eadem raris characteribus, quoties occurrunt, videntur adhærere. Nec obstat, licet interdum etiam illis nonnullæ consonantes proximè possint sociari; Nam de eo potius judicandum est, quod frequentius evenit, quàm quod rariùs. Hoc etiam præstat, quod proximè (r.) geminatos characteres ex utroque latere cernuntur assistere. Sunt & alia, si qua ad rem spectant, quarum illæ indiciis prodantur, unde colligi licet, eas non nisi vocales esse, cùm per omnes simul Regulas de illis opinio confirmetur. Vocabulis in hunc modum à consonantibus discretis, proximum est sua singulis munera assignare. Sed ut hoc in consonantibus primum (ut dictum est,) opportunius exigatur, duplici ratione perfici potest, repetitione, & plurium conjunctione, tùm in extremis verborum partibus, tùm etiam in iis mediis, si repe-

(p.) Non quia creberrimè repetuntur characteres, idèò vocalium gaudent potestate.

(q.) Sensus iterum obscurus, qui evolutus nobis videtur esse hic. Characteres 2. 6. 8. 9. γ. adhærere raris characteribus, e. gr. τò γ. adhaeret τò Δ. antecedenti in vocali scriptura non dō.

(r.) Vitium est Typographicum generatos, pro geminatos; hoc vult Porta: Characterem 6. esse vocalem, quia ante & post geminatos characteres ponatur. Est enim ipsius principium: si sunt duo geminati in unâ dictione, antecedentem & sequentem esse ordinariè vocales. Sed hoc principium est nullum.

repetitionem sequimur, hoc modo qualemque earum distinctionem (s.) nanciscemur.

K. o. Q. b. i. J. d. 3. s. Q. D. 8. 4. i. U.

b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. q. r. s. t. x.

Possit tamen etiam edocente Regulâ, aliter aequaliter singulorum potestas diffiniri. Quamvis ne satis quidem tutum sit illis fidem habere. Soler enim sapè decipere, quemadmodum & hoc loco indicabitur. Verùm ne hoc ignoretur, quoniam pacto aliter possit potestas variari, earum repetitio observabitur, quæque toties indifferenter reperentur, una pro aliâ sumi poterit. Potiorem tamen semper majoris, quàm minoris frequentiz, nisi aliter experimentum demonstret, rationem haberi conveniet, quod nobis tradendi exempli gratiâ, alioquin, quatenus magis placet, Regulæ fides habenda est. Ad hujus distributionis exemplar interpretes possent suam etiam aliter variare, sed eam distinctionem, si ulterius progreditur, posterioribus Regulis in aliquibus videbimus infirmari. Exinde itaque experimentum inituro opportunum erit primum ad faciliores observationes recurrere, ut si per eas satis possit proficere, majorem laborem effugiat. Quoniam itaque dictio est, quæ quatuor litteris constat, quatum (s.) tres, quæ in fine collocantur, consonantes sunt, cùm ejusmodi unam tantum dictionem, quæ URB & est, agnoscamus (nam STIRPS etiam eorundem habet in fine consonan-

(s.) Hac repetitio & distinctio est nauti.

(s.) Unde quæso constat Portâ tres posteriores in Vocabulo 70 Q. 3. esse consonas? Non conjectura agi sed rationibus par est.

sonantes, sex tamen constat litteris,) eam esse oportebit, quemadmodum in Tabulis apud dictiones eodem litterarum est videre, unde non modò trium consonantium, quæ in fine sunt; notitia elicitur, 183. Sed etiam vocalis *y*. quæ illas præcedit. Huc accedit, quod ex his litteris (*u*.) prima in (*x*.) nonâ dictione consonans præit, quæ siquidem omnium (*y*.) rarissima est, *Q*. videtur fungi potestate, quod magis verisimile est, adveniente in dictione aliarum ejusdem verbi litterarum notitiâ, quòd vocales sint, ex quo licet affirmare, (*z*.) characterem, qui quinto loco ponitur, in dictione, in qua *BELLI* nomen ponitur, u. (*aa*.) potestatem habere, unde etiam concludere licet, ultimum, qui hunc sequitur, non alium esse, quam *M*. De (*bb*.) primâ consonante, mox per aliam geminatam in quintâ dictione judicium confirmatur, quod alioquin dubium esse posset, an *l*, potestate fungeretur: Nam certum est (*cc*.) vocalem

(*u*) prima nempe *v* *D*,

(*x*.) Nempe *D* 789. in quâ dictione *v* *D*. præcedit *u*.

(*y*.) Nego sequelam *Q*. est rarissima *E*. si rarissima, quæ character inscripto occurrat, ille potestatem tñ *Q* habet. Nego *E* antecedens: *Q*. esse rarissimam.

(*z*.) Characterem *y*. qui in dictione: 6887, quinto ponitur loco,

(*aa*.) Necessariò *v* *y*. potestatem habebit tñ *u*, si *v* *D*. est *Q*.

(*bb*.) Prima consonans vocis urbs est *v* *R*. hanc autem esse consonam patere ex quintâ dictione, in quâ sequatur geminatos characteres (*♂♂*.)

(*cc*.) Hoc probandum est *v* *l*, in quintâ dictione vocalem non esse,

lem ibi non esse, De alia mox consonante (*dd.*) *B.* iudicium confirmatur verbo, quo *BELL* nomen notatum coniecimus, in quo etiam de *L.* notam 8. vidimus. Quod verò dictio est, quæ tribus litteris conflatur, quarum postrema scripto rarissima, cum semel tantum incidat, succedit vocali, quam hucusque (*ee.*) *u.* esse deprehendimus, dubium esse non debet novissimam *X.* esse, nam quæ inter rarissimas est, aut *H.* aut *Q.* aut *X.* aut *Z.* esse existimatur, atqui *Q.* primum & *Z.* è numero exiuntur, quia nunquam in fine (*ff.*) verbi collocantur. *H.* præterea non esse ex litterarum ordine deprehendimus, ea enim potestas in fine dictionis apud Latinos in verbo tantum *VAH*, reperitur, quarum media *A.* est, non *U.* Unde superest dicere, non aliam esse, quàm *X.*, & primam vel *D.*, vel *L.*, vel *N.*, ut una ex dictionibus tribus sit: *DVX*, *LVX*, *NVX*. Sed quia vel cognitum est, de re bellicâ agi, vel magis consentaneum de re magni momenti quàm parvi, credibilius erit de *DVCE* ibi, quàm de *NVCE*, vel *LVCE* mentionem factam esse. Unde hætenus colligi licet, harum litterarum veram notitiam, quarum potestatem suppositis nostris litterarum formis indicabimus.

Q.	7.	6.	8.	5.	D.	0.	3.	γ.	II.
b.	d.	e.	l.	m.	q.	r.	s.	u.	x.

Ex

(*dd.*) *st. vocabuli*: urbs, quam examinat.

(*ee.*) *Nulla est sequela*: Finalis est aliquis character in vocalâ trium litterarum, isque character est rarissimus. Ergo est *X.*

(*ff.*) *Rectè excluduntur tō Q. & Z.* quia non possunt esse *st. paks.*

Ex his & hujusmodi aliis conjecturis, habita etiam de cetero, ut commodius fieri poterit, consonantium notitia, & advocatis ad hoc praesertim Tabulis, cum opus erit, mox ad vocalium distinctionem transitus fiet. Nec quicquam referet, non omnibus adhuc consonantibus cognitis ad vocales devenire. Ex iis (gg.) enim aliarum poterit consonantium elici conjectura, quemadmodum ex consonantibus etiam vocales cognosci posse superius demonstratum est. Vocales itaque in hoc scripto duplici modo nancisci licet, repetitione, quod omnibus convenit, & quod rarissimam figuram, quae adhuc *Q.* videtur fungi potestate, *Q.* character sequitur. Sed de *U.* satis vidimus factam fidem, non minus etiam de *E.* posset videri constituisse, sed eas cum aliis prosequemur, ut etiam de illis opinio certior habeatur. Hæc igitur nota 6. quia omnium creberrima est, quod decies octies repetitur *I*, vel *E*, potest videri, sic & 8. quia una minus vice scriptum ingreditur, (*bb.*) utriusque non minus videtur sibi potestatem vindicare: Utraque enim potestas plus minus solet frequenter occurrere, & modò hæc, modò illa (ut dictum est,) crebrius intervenire. (*ii.*) Mox quia 2 sexies conspicitur, *A.* potestatem repræsentat, postremo quod 9. & 7. quinquies tantum recensentur, *O* & *V*, quæ omnium rarissimæ esse solent, potestatem indicant. Hoc singulorum characterum arguit repetitio, novissimus verò, quia ra-

N

rissi-

(gg.) Modò ex cognitione vocalis in consonantis cognitionem, modò ex consonantis in vocalis devenio.

(bb.) Hic Porta ipse titubabat, et 6. an 8. assumat pro E.

(ii.) Negatur sequela: et 2. occurrit sextus. E. est A, sicut & hæc: 6. occurrit decies octies. Ergo est E.

ssimam figuram sequitur, quàm adhuc *Q.* esse deprehendimus, etiamnum de eo quod dictum est, tandem magis augeat, quo certius videri potest in verbo, ubi de *BELLO* fit mentio, dictionem *BELLUM* positam non *BELLIS*. Unde etiam de *M.* littera certior notitia elicitur, quæ & tali figura 5. designatur, & *E.* vocalis, quæ per 6. characterem demonstratur, & in *V.* potestate etiam alibi errorem non esse, & in eâ dictione, quæ septimo loco ab ultimâ locatur, ex eadem (*kk*) vocali initio & calce verbi posita. Mediam geminam *C.* esse colligemus, quæ nisi de (*ll*) *S.* nobis constaret, pro ea etiam posset haberi. Ex eadem vocali in dictione duarum litterarum, quæ sexto loco ab initio ponitur, & quarto à fine reperitur, alteram figuram (*mm*) *T.* necessariò esse conjicimus: nam neque *S.* neque *X.* esse ex superioribus licet existimare. Ejusdem præterea vocalis ex cognitarum consonantium indicio secunda se scripti dictio manifestabit, ut: *MEDIAM* procul dubio ibi notatam esse intelligatur. Quod ut certius videri possit, dictio, quæ (*nn*) nono ordine collocatur, accedentis priorum litterarum notitiâ, tutiorem fidem facit, ut verbum sit, quod causam reddit *QVIA*. Sed de his

(*kk*) sc. 6. in vocali: 6 *h h* 6. ab initio & calce posita.

(*ll*) Quod jam inventum est. Si non esset, significaret 6 *h h* 6 esse.

(*mm*) sc. 6. quæ significat *E* in dictione duarum litterarum: 64. ait tò 4. esse necessariò *T.* sed minus rectè: cur non 2. ut sonet ea, Cur non *N.* ut sit: en?

(*nn*) scil. *D* 789.

his vocalibus aliundè etiam poterit constare , ut opinio certius confirmetur. In septimâ præterea dictione ex cognitis characteribus facile erit asserere , secundùm characterem , qui solus superest , ut verbum intelligatur , non aliam , quàm *N* potestatem habere , ut dictio perfecta sit: *INITE*. Ex ex hujus inde consonantis notitiâ in verbo tertio loco posito primam vocalem , nihil præter *O*. esse venari licebit, ut *NOCTEM* dictionem perficiat, quæ vocalis novissima primùm in ipso scripti limine primam litteram , de quâ ibi tantùm restat dubitare *P*. esse , mox quarto loco etiam primam , non aliam , quàm *H*. esse , manifestabit. Hujus rei opinionem verbum duodecimo loco positum , quo *HODIE* significatur, significabit. Quid tertio decimo loco scriptum sit , eâdem ratione facillimum erit affirmare : Nam ut integer verbi sensus sit , primus character *Q*. non aliam quàm *F*. potest habere potestatem , ut : *FORTITER* verbum innuat , cujus opinionis penultimum verbum fidem faciet , quo : *finis* significatur. Superest demum ex toto scripto ejus tantùm characteris *Œ* *Œ*. potestatem venari , qui in quintâ dictione geminatus , non alterius potestatis judicium præbet , quàm *G* , ut *AGGREDIMINI* verbum significetur , quod in alio verbo *BELLIGERANDO* confirmatur , ubi neque alia functione potest sensum perficere. Ex his omnibus conjecturis singulis characteribus licet sua munera ad exemplum subscribere , illudque ob oculos ponere , ut interpretando ad ejus judicium recurratur , sic res statim non infeliciter cedit , & se totum occultè scriptum reserabit. Experimento liquet

N a labo

laboris summam vel in (oo.) unius tantum characteris notitiâ versari; nam ex uno cognito plurius inde facile trahitur cognitio, & mox ex pluribus facillimum est occultas omnium potestates eruere: siquidem alie ex aliis cognoscuntur, nec minus aliarum notitiâ ex aliis dependet, quàm in catenâ annuli, in quâ mutuo connectuntur, ut si anulum quis permoveat, reliqui statim proximi moveantur; quare ad huiusmodi (pp.) exemplar reliqua id genus scripta convenit interpretari. Unum verò illud restat dicere, quæ de hoc scripti genere observationes traditæ sunt, eas etiam ad sequentia in assignandis characterum potestatibus debere accommodari.

Q.

Sed age secundum nostras Regulas examen instituamus, Portæque scripturam exigamus. Exscribo primò characteres omnes:

1.2.3.4.5.6.7.8.9.0. ̄. 7. 3. 0. 2. 5.

1. 7. 8. II.

Sunt numero viginti; deinde de singulis ratiocinium formo h. m. character 1. non est f. secundum Regulam quintam v̄ F. quâ dicitur: *Inter duo f. non est unica tantum littera.* Subsumo in vocabulo 16. Num. Inter duo 1. est unica tantum littera. Ergò. Non est G. juxta quintam Reg. v̄ G. *Inter duo*

(oo.) *Utique unico caractere cognito in totius scripti cognitionem deveniri potest. Sed quo modo determinata littera sit inquirenda, de eo alium est, apud Portam silentium.*

(pp.) *Absit, ut ad hoc exemplar alia occulte scripta solvantur. Ita enim vel nunquam vel rarissimè scripturam expedit,*

duo G. non est unica tantum littera. Exceptiones Regulae subjunctae non possunt significare vocabulum Num. 16. partim ob defectum litterarum, partim ob excessum; partim ob ordinem situmque litterarum. Non *H.* juxta Regulam quartam *u* *H.* quia dicitur: *Inter duo H. non est unica littera.* Exceptiones nequeunt representare vocabulum Num. 16. & propter excessum, & propter defectum; & propter situm litterarum, &c. Non est *Q.* quia characterem 1. sequitur diversus character, in vocabulo primo character 2. in vocabulo decimo sexto character 7. Dein quia inter duo *Q.* sunt ad minimum duae litterae. Non est *X.* juxta Regulam tertiam *u* *X.* Non *Y.* tum quia *u* *Y.* non est initiale, ut character 1. hic cernitur; tum quia bis non occurrit in dictione juxta Reg. 2. *u* *Y.* Non est *Z.* ob eandem rationem, vid. Reg. 2. *u* *Z.*

Ergo relinquitur, quod character 1. per *u* *u* non sit:

F. G. H. Q. X. Y. Z. Disjunctivè reliquæ.

Secundus character est 2. qui nequit representare *B.* quia *u* *B.* non est finale nisi in *ab, ob, sub, &c.* non autem in verbis 12. litterarum, ut in scripto occurrit vocabulo undecimo. Non est *C.* quia *u* *C.* non est finale in verbis plurium quam septem litterarum, juxta Reg. C. octavam. Non est *D.* quia *u* *D.* non est finale in vocabulo duodecim litterarum, juxta Regulam ultimam *u* *D.* Non *F.* quia *u* *F.* absolute nullam dictionem terminat. Non *G.* ob eandem rationem. Non *P. Q. Z.* ob parem rationem. Non *H.* quia *H.* non est finale nisi in *ab, ob, vah, prob.* Non est *L.* quia hanc litteram non est finalis in verbis plurium, quam octo litterarum.

Subf. τ^o 2. est finale in vocab. duodecim litterarum. Ergo Non est *T*. quia τ^o *y*. in paucis est finale, quorum nullum hinc accommodari potest.

Igitur τ^o 2. non erit:

b. c. d. f. g. h. l. p. q. y. z.

Disjunctivè reliquæ omnes.

Tertius character est 3. de quo pronuncio per *ap^{er}*, quod non sit *B*. quia τ^o *B*. non est finale nisi in *ab*, *ob*, *sub*, &c. Non *C*. quia τ^o *C*. bis occurrens, juxta Reg. τ^o 6. decimam non est finale, si hoc, tunc τ^o 3. in vocabulo *℥ 23463*. non erit 6. Excipis: in *condic*, *conduc*, *calesfac*, *circumduc*, *contradic*. τ^o *C*. esse bis occurrens. Resp. nullum quadrat horum vocabulorum, quia in his τ^o *C*. est initiale ac finale, in *℥ 23463*. autem tertia & ultima. Non est *D*. quia juxta Regulam decimam litt. *D*. τ^o *D*. finale non est. Exceptionum nulla quadrat; tùm propter paucitatem litterarum, ut *quod*, *quid*, &c. tùm propter excessum, &c. Non est *F*. quia τ^o *F*. non est finale, ut character 3. hic conspicitur in vocabulo penultimo, & quarto ab initio. Non est *G. H. P. Q. R. Z*. quia hæc partim non sunt finales absolute, partim, quæ sunt finales, non sunt finales in vocabulo sex litteris constante. Non est *L*. quia juxta Regulam octavam τ^o *L*. τ^o *L*. non est finale bis occurrens, ut hic τ^o 3. videtur, &c. Non est *N*. quia juxta Regulam octavam τ^o *N*. τ^o *N*. non est ultima in utraque dictionis medietate: Subf. τ^o 3. in *℥ 23463*. est tertia & ultima in vocabulo sex litteris constante. Ergo non est *N*. Excipis esse sub Regulâ exceptiones sex litterarum, nempe *Aenean*, *Tanasm*, *Danac*, *Oenoer*, *Sindon*. Resp. Nullum quadrare, repræsentarique posse per characteres: *℥ 23463*. non *Aenean*,

Aeneas, quia in hoc vocabulo prima & quinta, item secunda & quarta, nec non tertia & sexta pares sunt: Contra in \mathfrak{X} 23463. tantum sexta & tertia. *Tanaïs* excluditur, quia secunda & quarta, tertia & sexta sunt eadem. *Danaon*, ex eadem ratione. *Oenoen* ideo, quia hoc in vocabulo prima & quarta, secunda & quinta, tertia & sexta pares. Restat *Sindon*, cuius tertia & ultima tantum sunt pares. Respon- nec hæc applicari potest, quia sequeretur τ 4. esse *D.* in 1234. & ult. vocab. 6184. quod repugnat. Excipis: Dati vobis quatuor litterarum terminantes in *d*. e. gr. *apud*, *haud*, *quid*, *quod*. Verum τ 1234. nequit significare vel *apud*, vel *haud*, vel *quid*, vel *quod*. Non *apud*, quia τ 2. nequit esse *P.* quippe finale. Non *haud*, quia τ 1. non est *H.* ut supra demonstratum. Non *quid*, vel *quod*, quia τ 1. non est *q* vide supra. Multò minus τ 6184. vel *apud*, vel *haud*, vel *quid*, vel *quod* significat. Quia τ 6. non est *h*, nec *q*. neque τ 1. *P.* quia est finale. Non est *P.* *Q.* *Z.* quia hæ non finiunt dictionem, quàm hic finit τ 3. non est *y*. quia *y*. non est finale. Ergò τ 3. non est *b, c, d, f, g, h, l, n, p, q, r, z.* Relinq. ceteræ omnes.

Quartus character est 4. de quo affirmo, quòd non sit *F. G. P. Q. Z.* quia hæ absolute non sunt finales. Non *L. M.* quia hæ litteræ non sunt finales in vocalis duarum litterarum, ut τ 4. conspicitur in 64. Non *B.* quia *B.* non est finale in vocali quadrilittera. Non *D.* quia *D* non est finale in voce septem litterarum, ut hic τ 4. conspicitur. Excipis: *aliquid*, *aliquod*, *nunquid*, desinere in *D.* & esse septilittera. Resp. τ 1618784. nullum horum significare, tum quia sequeretur τ 8. characterem

esse *q.* quod absurdum; tùm quia in *h 6 h 8 7 8 4* prima & tertia, quarta & sexta sunt pares, contra ac in *aliquid*, &c. fit. Neque est *H.* quia *H. non est finale nisi in ah, vah, prob.* Neque est *u.* ob voculam 64. quæ significaret *tu*, si hoc: tunc vocula 6 *h h 6.* terminaret in *taat, teet, tist, toot*, quæ sunt barbara. Non *x.* quia juxta tertiam Regulam *ru x.* *Inter duo x. non est unica tantùm littera.* Si hoc: tùm *ro 4.* non erit *x.* quia inter duo 4. vocabulo 13. Num. unica tantùm est littera. Non *y.* tandem, quia *ro y. non est finale*, &c. Itaque *ro 4.* non erit: *b, d, f, g, h, l, m, p, q, u, x, y, z.*

Disjunctivè reliquæ omnes, &c.

Sequitur character 5. qui non est *F, G, T, Q, Z.* quia hæ absolute non sunt finales. Non *B.* quod est tantùm finale in *ab, ob, sub*, &c. Non *C.* tùm quia *ro C. bis occurrens non est finale*, vid. Reg. 10. *ro C.* Subsumo: In vocabulo secundo *ro 5.* est initiale & finale. Ergò non est *C.* tùm quia juxta Regulam nonam *ru C. ro C. non est finale in verbis geminatis habentibus.* Jam subsumo: *ro 5.* in vocabulo octavo à principio est finale præcedente geminata *ſ ſ.* Ergò non est *C.* non est *D.* quia *ro D.* juxta Regulam decimam *ru D.* non est finale in vocabulo sex litterarum. Excipe: *ecquid.* quod tamen representari nequit per 567895. in quo vocabulo prima & ultima sunt eadem. Non est *H.* quia *H. non est finale nisi in ah, vah, prob.* Non est *L.* quia secundum Regulam octavam *ro L. bis occurrens non est finale.* Non est *x.* quia *ro x. non est initiale nec finale in voce.* Non *y.* quia *ro y. nec est initiale nec finale.*

Itaque

Itaque τ^o 5. non est:

B, C, D, F, G, H, L, P, Q, X, T, Z.

Disjunctivè reliquæ omnes.

Character sextus est δ . de quo judico non esse: *b, c, f, g, l, p, q, x, y, z.* tùm quia hæ non sunt initiales in voculis duarum litterarum ut τ^o 6. in 64. occurrit; tùm quia τ^o 6. est finalis, & ex eâ ratione non potest esse *f, g, p, q, z.* Non est *D*, tùm quia *D.* non est finale in voculâ quadrilitterâ reciproâ; tùm quia *D.* non est initiale secundâ & tertiâ eâdem, quorum utrumque in voculâ 6 *B B* 6. videre est. Non est *H.* tùm quia *H.* non est finale. Non est *N*, tùm quia *N.* non est initiale secundâ & tertiâ eâdem, excipe: *nuunt*, *Noologia*, quorum neutrum tamen quadrat, applicarique potest τ^o 6 *B B* 6. cujus prima & ultima item secunda & penultima sunt eadem. Non *R*, quia *R.* non est initiale secundâ & tertiâ eâdem. Excipe, *ruunt*. Non *T.* quia *T.* non est initiale secundâ & tertiâ eâdem. Exc. *tuus*, &c. Non *u*, quia *u.* non est initiale, si secunda & tertia dictionis littera eadem. Excipe: *viss*, *ullus*, *ullibi*, &c. quorum nullum accommodatur ob suum ordinemque diversum, nec non quantitatem litterarum.

Itaque character 6. non est:

b. c. d. f. g. h. l. n. p. q. r. t. u. x. y. z.

Disjunctivè *a. e. i. o. m. s.*

Character 7. non est *f. q. y.* Non *f.* quia 7. est penultimus. Non *q.* quia sequitur diversus. Non *y.* quia est initialis. Ergò reliquæ omnes. Character 8. non est *b*, quia *b.* non est finale nisi in *ab*, *ob*, *sub*, &c. Non est *c*, tùm quia secundùm Regulam octavam τ^o 8. non est finale in verbis plurimum quàm septem litterarum. Contrà autem τ^o 8. in vocabulo quin-

to finale est in vocab. undecim litterarum ; tùm quia *τὸ C. non est finale in verbis geminatam habentibus.* Hic autem *τὸ 8. finale fit ; tùm quia τὸ C. bis occurrens non est finale.* Non est *D.* quia *D. non est finale in vocabulo undecim litterarum.* Non est *F. G. P. Q. Z.* quia hæ non sunt finales. Non *H.* quia *H. tantùm finale est in ab, ob, vab, prob.* Non *L.* tùm quia secundùm Reg. octavam *τὸ L. bis occurrens non est finalis.* Si hoc : Tunc *τὸ 8. non erit L.* tùm quia juxta Regulam nonam *τὸ L. non occurrit nisi gominetur.* tùm quia *τὸ L. non est finale in verbis geminatam habentibus.* Non est *M.* juxta Regulam decimam *τὸ M. collatam cum vocula 80846.* Non est *N.* quia *τὸ N. non sequitur geminatam, nisi sit secunda aut quarta à fine littera.* Subsumo : *τὸ 8. in voculâ Q 6 8 8. est finale, sequiturque geminatam.* Ergò. Non est *R.* quia juxta Regulam quintam litteræ *R. τὸ R. non sequitur geminatam litteram, nisi sit quarta aut quinta dictionis littera.* Unde *τὸ 8. in Q 6 8 8. non potest esse R.* Non est *x* quia *τὸ x. non occurrit bis, ut 8. in vocabulo quinto, nisi sit secunda dictionis littera.* Non *y.* quia *y bis non occurrit in voce.* Dein quia *τὸ y. non est finale &c.*

Ergò *τὸ 8. non est :*

b. c. d. f. g. h. l. m. n. p. q. r. x. y. z.

Disjunctivè : Reliquæ omnes.

Sequitur character 9. qui non est, *b.* quia *τὸ B. non est finale in voculâ quadrilitterâ, ut hîc τὸ 9. conspicitur.* Non *F. G. P. Q. Z.* quia hæ litteræ non sunt finales. Non *H. L. M. N. R. S. T. U. X.* quia hæ litteræ non sunt initiales, ut est *τὸ 9. secundâ & terciâ eisdem.* Excepuiones non quadrant vocabulo quinq-

10. Non *y*. quia *τὸ y*. nec est finale, nec initiale.

Ergo *τὸ y*. non est:

b. f. g. h. l. m. n. p. q. r. s. t. u. x. y. z.

Disjunctivè: Reliquæ omnes.

Character *o*. non est *F*. quia *F. non est penultimum*, ut character *o*. non *q*. quia sequitur diversa nempe character *z*. & *8*. Dein quia est penultimum. Non est *Y*. quia est finale.

Character *h*. non est *H. Q. X. Y. Z.* quia hæ absolute non geminantur. Non *A*, quia *a*. non geminatur. Exc pauca, quæ non sunt accommodabilia huic dictioni *6 h h 6*. Non *O*. quia *τὸ O non geminatur inter similes*, ut hic *τὸ h*. vid. Reg. sextam *τὸ O*. non *I*. quia quæcunque consonans geminato characteri *h* post vel præponeretur, absurda oriretur vox: Non enim dicimus: *biub, ciic, diid, &c.* non est *D*. quia non dicitur: *adda, edde, iddi, eddo, &c.* Non est *P*. quia *inter duo f. non est unica tantum littera*, ut hic inter duo *h*. in vocabulo Num. 14. Non *G* quia non dico: *agga, egge, &c.* Non *M*. quia *τὸ M*. non est initialis & tertia littera ut hic *τὸ h*. in *h 6 h 8784*. videtur, &c. Non est *R* quia non dico: *arra, erre, irri, orro, urru.*

Ergo relinquitur, quod *τὸ h*. non possit esse:

a. d. f. g. h. i. m. o. q. r. x. y. z.

Reliquæ omnes, nempe: *b c l n p s t u.*

U. Non est *y*. quia est initialis.

J. Non est *H. Q. X. Y. Z.* quia hæ non geminantur. Non *A*. quia *A*. non geminatur, exceptis paucis.

O. Non est *f. g. p. q. z.* quia hæ non sunt finales absolute. Non *b*. quia tantum in *ab, ob, sub*, est finale.

Non

CAPUT III. LIBR. VI.

**Eine verborgene Schrift / mit
bekandten oder unbekandten Buchsta-
ben / derer Inhalt Lateinisch / ohne vor-
gehabtes Abreden / aufzulösen / und
zu lesen.**

Der ist so wol / als in der Teutschen Schrift / von
nöthigkeit / daß man die verborgene Schrift in der
(a.) Menge habe / dann sonst fast unmöglich die
Schrift aufzulösen / wann man aber ein / zwey oder
drey (b.) Quart-Blätter voll Schrift hat / ist mit Lust
darmit umzugehen / wil dir dessen folgend Exempel sehen.

Uwlordghr. zfk. bnloruuhn. okzqhlzk.
ondfud. hm. gzlrnhu. qfazu. nofqtrqh. oqn.
zd. uh. brohru. zumfrl. uzofq. brozd. zfk. nu.
lnqdzl. fyonuhdzl. rfqh. bnmbqfdz. zh
efkbbfd. fhzu. zmbhru. zmcfbhl. Ryzm
ghrf. gzlrnrf. zmbhru. zmcfbhl. Lzhrf.
urmszhmhu. gzlrnh. rmr. zmbhrh. zmrl.
Nkfh. khmh. eqrbglru. zmcfbhl. Nkfh.
qnurqzl. Ankh. rqlfmhh. rmr. zmbhrh. zmrl.
Nlmhr. uhlzk. hm. lnqdrqhn. dfqrmddz. 10
drl. chz. cmfb. uzadhkhquhlzl. hmcf. eh-
rd. zmszfmdzl. pznc. hm. brouzkrl. qfon-
mru. zd. bz. zkmzu. rkhpznc. nakrdzl. ez-
fqhd. khsmzl. hm. urmszhmf. zzkmfqhu.
hmdhmsru. zd. urmszhmnkfmndzl. ehrd. 15
pznc.

(a. b.) Drey oder vier Linien sind gnug. Die Vicia
Tafel ist fertigirt / Arm. soll geschrieben seyn: Arme-
ni Boli.

pznc. fyhddrdzl. zmszfmdn. uzoqr. ubqh-
 odn. oqnquzl. hmdqzcrdzq. fd. hm. fn.
 qfkhmpzrdzq. Onudlnczl. zzkmu. lrmf.
 uhmszkhu. chfazu. qfbfmdh. khmdfr. eru-
 bhr. knohn. oqnoqhn. ordhsmdu. lref 20
 erbdr. Khufdzq. fd. urmrahdzq. pzrmdzl.
 bzmpzf lrmzl. ezfqhd. raupzf. rkhn. rkh-
 pzn. flokrudqn. uhmfpzf. cnknqf. Ondf-
 qhu. re. gzmb. lnczl. bzqrqf. chudrmdf. r.
 df. lhkhrqhazu. cfbfl. rzd. zhshmdh. bzl. 25
 urmszhmf. fhzu. grazfghu. oqncfud. fdh.
 rl. re. rkhn. cnknqfu : zdh. cfmdhzi. fd.
 pznqzlzhu. cilmnqzl. urmszhmknfma-
 dzl. khamzl. gnb. hm. zmszfmdzl. dqz-
 uzi. fd. hm. fn. qfkhbdzl. Hdfl. uh. bkrzn. 30
 ofu. fpzh. ofq. efqqrqhzl. eraqzl. kifuzu. ez-
 fqhd. khsmn. urmszhmf. dhmbdn. fd. hm-
 brouzkr. dqzun. zfk. hm. zmszfmdzl.
 haheflpzf. qfkhbdn. bzqrahdzq. Ondfud.
 fdhrl. zmszfmdzl. ehfqh. pzn. pzhefl. rqlr. 35
 (pzhazu. hkkhmdhr. zzkmfqr. ezfqzmd.)
 hzmbr. uh. ezfqhmd. bzqrandzq. raupzf.
 tnknqf. ehbdr. zzkmfqr. Gnb. ehd. zd.
 vqhzu. fybfodn. unkn. pznc. lfkkhu. zm-
 bhr. zmrl. fd. ohmszfchmhu. anzhu. 40
 eqrbglr. zmr. uzofqrccrdzq. zfqzl. pznc.
 rqlr. uflofq. grafqh. mnm. afmf. onubmd.
 Khamzl. zd. uzoqr. lfkhzu. fud. Grfb. uzmd.
 relhqrmr. Cf. cnmr. galhmzl. hmzuzl.
 fd. urmhdrdfl. bnmbfuur. 45

Solche Schrifft nun außzulegen / so sammle alle
 Wort zusammen / so entweder nur einen Buchstaben
 haben / und richtig Vocale seyn müssen / oder zweien /
 darunter

darunter auch aufs wenigste einer ein Vocalis seyn muß; Zu diesem versäme auch die Sylben / so hinten oder fornen an den Zeilen ledig stehen / und seynd diese :

(c.) Hm. zd. uh. nu. zh. eh. rd. fd. fn. rc. r. df. rl. ez. r. q. rl.

(c.) In Aufschreibung der Particularum solte die Ordnung in Acht genommen seyn / erstlich der solitaria R. Fürs Andere : Die zweybuchstäbige. Fürs Dritte : Die dreybuchstäbige. Es ist auch darinnen geschet / daß ein Wörtlein zwey drey mal geschrieben wird / derohalben wir sie außgerhan.

Alhier / weil ich das (d.) Z. und R. allein stehend finde / seynd sie gewiß zween Vocale /

(d.) Das Z. steht nicht allein / kan auch nicht allein stehen / weil es ein V. hier bedeutet. R. ist gewiß ein Vocalis.

Zum Andern : Weil das F. mit so vielen Buchstaben combinirt (e.) ist / nehme ich es auch für einen Vocale an.

(e.) Nicht darum / weiln F. mit so vielen Buchstaben combinirt / so ist es darum ein Vocalis. Und ist mit einem Wort der Methodus Autoris Vocale gesucht / zweiffelhafftig / langweilig / und auf Wuchmaßungen gesetzt.

Zum Dritten : Finde ich auch das h. und m. oft / jedoch das h. öfter / und solches allzeit mit n. und u. combinirt / nehme derohalben das h. und laß das m. gang fahren; Nun mangelt mir noch ein Vocalis, und stehe in Zweifel / welchen ich unter den zweyen u. und n. nehmen soll / nehme derohalben beyde mit einander / so habe ich die sechs Buchstaben für die (f.) Vocale gefunden :

Z. r. f.

Z, r, f, h, u, n.

(f) Er setzes blind hin die sechs Vocale, das sich nicht so gleich thun läßt.

Zum Andern: Muß ich müßlichen Fleiß anwenden/ das erste Wort zu finden / dann / wann ich nur einen oder zween Vocale oder Consonantes betande überkomme/ kan ich leichtlich auch zur Erkändnuß der andern Buchstaben kommen und gelangen / (g.) muß aber erstlich ein Wort erwählen / das drey Vocale nach einander hat/ und oft fürkommt/ das ist/ ich suche ein Wort / das formen her drey auß den obgesetzten Buchstaben hat / und hinten eitten Consonantem, oder einen auß den zweyen (h.) ungewisser / UN, so wird es heißen *Ejus*, als auß der fünfften Zeil stehet *FHZU*, das wird (i.) *Ejus* heißen/ und ob es wol auch könnte/ *oves*, *aves*, &c. heißen / ist doch jenes (l.) gemeiner/ und ich kan es ferner / ob ich recht gesucht / probiren, Habe also E, l, und U, nicht allein (m.) gefunden / sondern auch das S. Darauf ich dann gelernt / daß das obstehende U. nicht unter die Vocale zu rechnen / sondern ein S. bedeute / und stehet nach meiner Meinung ein Theil des Alphabets gefunden/ also:

f h u z

abcdefghijklmnopqrstuvwxyz.

(g. h. i.) Das ist ein wunderlicher Proceß, er weißt noch nicht gewiß / welche Vocale seyn / und sucht doch ein Wort / so drey Vocale von formen hat; Dasselbigemuß gerad heißen: *Ejus*. Warum nicht *oves*, *aves*, wie er selber sich entgegen wirfft / welches er gestehet/daßes heißen könne/so doch falsch ist: Dann warum *fhzu*, bedeutet *oves*, oder *aves*, so folgte / das z. wäre ein E, und ab initio geminire wird / quod est contra



Regu-

Regulas Latinas, nach welchem τὸ E. nicht geminirt wird ab initio, gleich wie hier der character z. lin. 18. & reliquis.

(L.) Die Ratio ist nur probabilis: *Ejus* ist gemeiner als *eves*, *aves*. Ergo heisset Fhzu, *ejus*, und nicht *aves*, *eves*, &c.

(m.) Das E, l, v, s, ist noch nicht gefunden.

Das E. und das S. zu probiren / so suche in der vorhergehenden Schrift ein Wort von dreihen Buchstaben / dessen erste fu, der letzte aber ein unbekandter / als auf der letzten Zeil ohne zwō stehet / fud, wird (n) gewiß heißen *Est*, wann du anders im Anfang nicht unrecht gehandelt; Sienge aber solches nicht an / müßtest du auf ein ander Wort bedacht seyn. Wann es aber richtig / stehet das augirte Alphabet also:

f h udz
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

(n.) fud, heißt *Est*, wann das Antecedens sich recht verhält / und gewiß ist.

Zum Dritten / (o.) suche ein Wort / das formen zweien unbekandte Buchstaben hat / und hinten einen auß den zweien unbekandten Vocalibus, r. und n. als auf der andern Zeil stehet / oqn, heisset (p.) gewiß *pro*, habe also durch dieses Mittel vier Buchstaben (q.) bekandt bekommen. Nämlich / das a, o, p, r, stehet das gemehrte Alphabet also:

r f h no qudz
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

(o.) Ein grosser Fehler ist es / daß Schwengeler die erfundene Buchstaben nicht gleich conferiret mit andern Wörlein / da erwan nur einer fehlet / sondern nur

nur gleich auf ein anders Wort losgehet / da er abermal muthmasset. Dann was ist das für ein Proceß :

(p.) Man solle ein Wort suchen / da vornen zwey unbetandte Buchstaben seyen / und dahinten einer unter den unbetandten noch nicht erfundenen Vocalen / das hiesse gewiß *pro*. Aber woher? Wie weißt er / daß die zwey erste Consonantes und nicht Vocale seyn? Wann die zwey erste Consonantes seynd / seynd sie dann gewiß *pr*. Warum nicht *gr*, *fl*, *st*, *sc*. Warum ist der letzte gerad ein Vocalis, *pro*betur.

(p.) Also hat man noch nicht vier Buchstaben betandt bekommen.

Zum Vierdten: Wann ich die Sach so weit gebracht / habe ich fast halb gewonnen / suche ein Wort / so vornen / die zweyen Buchstaben *zf*, hinten einen unbetandten hat / so wird das Wort *VEL* heißen / als auf der ersten Zeil steht *zfk*. Ist also auch der character, das *L*. bedeutend / gefunden / steht das Alphabet also :

r f h k no qudz
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

Zum Fünfften: Suche ein Wort / das vornen her hat *dr*, und hinten einen unbetandten characterem, als auf der eilfften Zeil zuletzt steht / *drl*, heisset *ram*, ist also das *M*. gefunden / und ist das Alphabet also angirt :

r f h k l no qudz
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

Zum Sechsten: Nun habe ich fast genug Buchstaben gefunden / damit anzufangen zu lesen / jetzt (r.) nehme ich mir im Text für ein Wort / das ziemlich lang /

2

und

und etwan nur einen noch unbekandten characterem hat. Als auf der vierdten Lini stehet syonuhdzt, heisset *e positum*, mangelt nur der andere Buchstab / siehe / daß es nothwendig ein *x* seyn muß / und heisset: *expositum*, stehet das gemehrte Alphabet also:

r f h k l n o q u d z y
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

(r.) Das ist recht / daß er die Wörter nimme / wo etwan nur ein Buchstab mangelt; So hätte er es oben machen sollen / denn auf diese Weise kommt man auf die Buchstaben / so verborgen seyn.

Zum Siebenden: Finde ich auf der andern Zeil das Wort gzlrmhu, heisset *humans*, mangelt mir der fünffte Buchstab / weil es aber *humans* und (s.) *humans*, &c. heißen kan / bin ich ungewiß / was ich setzen soll / nehme derothalben ein anders Wort / als auf der dritten Zeil finde ich brozd, heisset *aput*, hier mangelt der erste Buchstab / so mir unbekandt; Sehe aber / wann ich durch das (r.) ganze Alphabet gehe / daß es nicht anders heißen könne / als *Caput*, ist also das Alphabet wieder um einen Buchstaben gemehret / also:

r b f h k n o q u d z y
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

(s.) Das Wort: gzlrmhu, kan nicht *humans* heißen / weiln das T. indem *Est* schon gefunden / und aber in dem Wort ein nondum cognitus character, nemlich m. stehet.

(r.) Wann einem ein Buchstab noch fehlet / solle einer das Alphabetum bey Handen haben und durchgehen / und sehen / welcher noch fehle. Hat einer einen Buchstaben gefunden / solle er ihn gleich im Alphabet auflösen / damit er den nicht vorsehe / welchen er schon hat.

Zum

t
i
r a b c f e s g h i k l m n o p q u d z x y w e.
a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

Sympathia vel compassio plurimum potest in humanis rebus operari, prout capias unguentum super caput, vel os mortuum expositum aëri concretum, videlicet, ejus uncias undecim: Axungia humanæ uncias undecim, Mumia, sanguinis humani ana unciam unam. Olei lini drachmas undecim: Olei Rosarum; Boli Armenii ana unciam unam. Omnia simul in mortario terantur tamdiu, donec subtilissimum inde fiat unguentum, quod in cap suam reponas, ut, cum vulnus aliquod oblatum fuerit, lignum in sanguine vulneris intingas, ut sanguis nolen-

nolentum fiat , quod exiccatum unguento suprà scripto prorsum intrudatur , & in eo relinquatur. Postmodum vulnus manè singulis diebus recentè linteâ fasciâ, lotio proprio patientis madefactâ ligetur , & sanabitur , quantumcunque magnum fuerit, absque alio aliquo emplastro , sineque dolore. Poteris ad hunc modum curare distantem à te miliaribus decem aut viginti, cùm sanguinem ejus habueris; Prodest etiam ad alios dolores: uti dentium, & quorumvis damnorum sanguinolentum lignum hoc in unguentum trusum , & in eo relictum. Item , si clavo pes equi per ferrarium fabrum latus fuerit , ligno sanguine tincto , & in capsulam truso , vel in unguentum, ibidemque relictò, curabitur. Potest etiam unguentum fieri, quo quidem arma (quibus illinita vulnera fuerunt,) juncta si fuerint , curantur absque dolore dicta vulnera. Hoc fit, ut prius excepto solo, quod mellis unciam unam & pinguedinis bovis drachma una superaddatur. Verùm, quod arma semper haberi non benè possint, lignum ut suprà melius est. Hæc sunt admiranda DEI dona hominibus in usum & sanitatem concessa.

Es ist aber hier gleichfalls zu merken / daß man nicht eben die Wort / welche ich fürgeben / zu suchen gebunden / dann es sich wol zutragen und begeben kan / daß der Wörter / die ich fürgeben / keines im geheimen Text gefunden wird / (u.) muß derohalben einer der Sachen selbstn ferner nachdenken / und dem Weg nach / den ich hiermit einem jeden gebahnet / seine Gedanken anstelle.

(u.) Der Weg ist gar schlecht gebahnet / und braucht

braucht derothalben freylich Nachdenkens/ wann man
wil andere Principia, so bessern Grund haben/ er-
finden.

Nostrum Ratiocinium.

Nun wollen wir die Schrifften Schwenterii nach
unserm Methodo solviren / und compendii
gratiâ es Lateinisch vortragen:

Primò exscribo characteres omnes distinctos :
u. w. l. o. r. d. f. m. g. n. h. z. k. b. q. p. c. e. a. s. y.
sunt numero unus & viginti.

Dein noto R. solitariò positum, quæ necessariò
est vocalis *a, e, i, o*, post voculas duarum litterarum:
hm.zd.uh.nu.rd fn.fd.rc.df.

Voculas trium litterarum : zfk. ogn. rmr. bzl.
rzd.zdh.gnb.ofu.ofq.pzn.ehd. zmr. mnm. fud. cf h.

Jam pergo, & ante omnia video, quam litteram
character *z* significet, utpote sæpius geminata, nem-
pe linea 13. 14. &c. dicoque nullam esse aliam præ-
ter *u*. quia solum *u*. ab initio geminatur. Exceptio-
nes: *Aaron*, *Eetion*, *iidem*, primæ Regulæ *u* *u*.
subjunctæ non obstant: partim ob defectum litte-
rarum; partim ob excessum, partim ob diversum
suum harum exceptionum à vocabulis: *zzhmzu*.
ubi *u*. ter occurrit, &c. Itaque inveni *i* *u*. quod
seorsim noto.

Vocalis *u*. character *z*.

Invento *u* *u*. assumo voculas, in quibus est *u*. nem-
pe *zd. rzd.* dicoque voculam: *zd.* significare vel *vi*,
vel *ur*. Duo enim hæc sola apud Latinos dicti un-
culam bilitteram faciunt. Sed non *vi*, Ablativus,
ob collationem voculæ *rzd.* & *rd.* prius defineret

namque in *avi, ovi*. Tò *R*. enim est vocalis, ut superius dictum. Sed nec *avi*, nec *ovi*, propter voculam *rd*. quod significaret: *ai, oi*, quæ verò sunt barbara, àque Latinis proscripta. Ergò relinquitur: *ut*.

zd. *ut*.

Invenique characterem *d*. qui consonantem *T*. repræsentat.

A tò *T*. consonante transeo ad *rdz*. Tò *z*. est *u*. Tò *d*. est *T*. Tò *R*. est vocalis, eaque necessariò *a* ut Tò *rdz*. sonet *aut*, quæcunque enim vocalis geminis litteris *ut*, præponeretur absurda emergeret vox.

R. character significat vocalem *A*.

Dehinc aggredior voculam, *zdh*. cujus priores sunt *z, t*, ultimà ignotà adhuc; quàm nullam aliam dico præter *i*, ut emergat vocula: *uti*.

H. character repræsentat vocalem *i*.

Restant vocales *O & E & T*. Tò *E*. invenio in vocula *fd*. Tò *d*. est *T*. Tò *F*. necessariò vocalis: Non *e, i, u*, ut significet: *et, it, ut*. Quia has vocales jam habeo: Ergò *E*. ut oriatur: *ET*.

F. est *E* vocalis,

Progredior ad voculam *nu*. collatam cum *uh*, dicoque in voculâ *nu*. extra controversiam latere vocalem *o*. cum enim nulla dictio sit sine vocali, hæque duæ *nu*. nondum sint inventæ, pronuncio alterutram esse *o*. Queritur autem; uter character repræsentet Tò *o*. Tò *N* an *U*. Respondeo: Tò *U*. non significat *o*. tum ob voculam *uh*. quod sonaret: *Oi*. quæ inaudita Latinis est vocula; tum quia Tò *u*. alibi geminatur, nempe in ultimâ scripti dictione; tum quia vocula *fud*. desineret; eor. quod
iudem

idem vocabulum Latinis incognitum. E. tō N.
 erit O. & tō U. S. hinc exsurgunt: Si, os, est.

N. est O.

U. est S.

Ulterius pergo, & assumo voculas: zmr. rmr.
 mnm. tō z. est *z*. tō R. est *r*. tō M. nulla alia
 nisi N. ut tō zmr. signet: *una* tō rmr. significet:
ana. tō mnm. consequenter Non. Igitur

M. est N.

Jam voculas rc. cfh. aspicio, videoque quid per
 tō C. representetur? tō R. est *r*. tō C. necessariō
 consona. Non *b*. ut tō RC. significet *ab*, quia *b*,
 non est finale in vocali quadrilitterā, quod videtur
 in tō C. linea quinta à fine; Dein, quia non dicitur:
br, quod dicendum esset in vocali cfh, si tō C. ef-
 set *B*, sed hoc illatium. tō C. non est *F. G. P.*
Q. Z. quia hæ non sunt finales absolute. Non est
M. L. quia hæ non sunt finales. Non *N. S. T.*
 quas jam habeo. Ergo restat *D.* & rc. significat:
ad. & cfh. *DEL*.

C. est D.

Accedo ad ofu. ofq. eqn. ondfud. quod extat li-
 nea secunda scripti. tō O. non alia est nisi *P*, hinc
 potest, *pes*.

O. est P.

Quæritur, quæ littera sit Q. in eqn. ofq. rfh.
 Resp. est *R*. unde fluunt: *pro, per, aeri*.

Q. est R.

Ulterius quæritur, quæ sit tō E. Respondeo: *F*.
 hinc: *ehd, fit*.

Quæ sit tō P. in pzn. Respondeo: *Q* hinc: *Qno,*
&c.

O s

Quæ

Queritur, quæ sit τὸ L. in Inqdzl. lineâ quartâ & lrmf. lineâ 18. positum. Resp.

M. hinc derivatur: *Mortuum, manè.*

Queritur quæ sit b. in bzl. quod desinit in *um*. Resp. non est *D. N. T. S.* ut significet: *dum, num, tum, sum.* quia has litteras jam inveni. Ergo C. hinc: *cum, concessa, &c.*

Queritur ulterius, quæ sit g. in vocolâ gnb. desinente in *oc*. Resp. *H.* unde *hoc*.

Restant jam *W. K. A. S. Y.* characteres.

Queritur, quænam sit K. in knohn. lin. 20. & zfk. lin. 1. item okzqhlzl. Resp. est *L.* & nulla alia. Hinc oriuntur: *vel, lotio, plurimum, &c.*

Queritur quænam sit A. in Ankh. lin. 9. Resp. *B.* & vox sonat: *boli.*

Queritur, quæ S. in vocabulo: hmdhmsru. & aliis, lin. 15. Vox hanc habet litterarum seriem: *incin-as.* Resp. g. hinc *intingas, sanguinem, &c.* τὸ Y. est *X.* in *expositum, axungia, &c.*

τὸ W. est *T.* in *Sympathia, &c.*

Videt hic B. Lector non conjecturis agi, sed rationibus apodicticis, secundum quas de quovis characterē iudicium determinatum formari potest ex Regulis. Posset etiam hæc scriptura solvi initium faciendo à τὸ Q. sed nolumus prolixi esse. Qui ratiocinia Latina priora intelligit, ille certè exquisitissime scripturam Schwenterii solvet.

CAPUT V.

Pennitimus est Clar. Harsdörfferus posteriori Schwentero, à quo principia sua hausit, ut inveni-

menti patebit. *Mysterium* ille *Steganographicum* scripsit *Secretario Germanico* annexum, Latine conceptum. Id hoc capite refutabimus, explicabimus, notasque, si quando opus erit, subjungemus,

Itaque accedamus ad *Clarissimi Viri*
Mysterium Steganographicum explicandum, cujus *Titulus* est :

MYSTERIUM ^(a.) *STEGANOGRAPHICUM.*

CUM ars scribendi secreta signis & characteribus occultis propè (β.) innumerabiles diceretur modos, quorum alii, (ut supersedeam alios modos præsentis socii gestibus ultra citroque determinatis, utpote nutibus oculorum, (γ.) diversimodâ digitorum incurvatione, pedum capitisque commotione, arcana clanculum & (δ.) nemine animadvertente communicandi,) circa signa sive (ι.) characteres ad placitum excogitados versantur; alii in (ζ.) verborum litterarumque inopinatâ non minus ac incognitâ, con- & disjunctione transpositione ac inversione latent; alii (θ.) tabulis, rasuris, & hieroglyphicis intrlicantur: plerique & usitatiores (ι.) clavibus certis æquè non rarè solubilibus ac insolubilibus rationem secreta scribendi commonstrant. De singulis tamen modis omnibus olim *Steganographis* certa determinataque ab utrâque parte duorum præsupponebatur (κ.) conventio, quâ omisâ vel neglectâ existimabant, epistolas alias aut per claves aut per characteres litteras representantes, ac alteri sociorum incognitas secretè scriptas, aut etiam deperditis clavibus

bus & Alphabetho naturaliter legi nullo modo posse. Quam opinionem recentiorum quorundam Steganographorum arte experienciâ delusam hic cernimus.

NOTÆ.

(α.) Steganographicum vocat Glariff. Vir, quia versatur circa *στυγνὴ γραφή*, opertam, tectam scripturam à Rad. *σίζω*, tego, occulto & *γράφω*, scribo.

(β.) Vide Portam toto primo, & secundo libro de furtivis litterarum noris. Danielelem Schwengerum Mathematicum Altorffensem à lib. V. usque ad finem Steganologiz & Steganographiz. Rectissime autem innumerabiles vocat modos, quia infiniti excogitari possunt humanâ industria & acumine, vid. Casparum Schottum, Steganograph. Namque solum Alphabethum Latinum variari potest secundum litteras viginti duas

1 1 2 4 0 0 0 7 2 7 7 7 6 0 7 6 8 0 0 0 0

vicibus, secundum variationes ordinis, ut *Leibnizius* Dissert. de Arte Combinatoriâ Probl. 12. p. 57. numerat, atque *Izquierdo* in *Pharo Scientiarum*, p. 326. annotat. Numerus certè summus, qui à nullo mortalium exauriri potest, quantamcunque etiam viveret ætatem, vid. *Izquierdo*

(γ.) De hac arcana sua communicandi methodo agit Dn. *Harsdorff*. p. 709. Cæterum hæc citra suspicionem applicari nequeunt, si verferis inter eruditos.

(δ.) Absit verò, ut qui vel inter curiosos & attentos ultimus est, hoc non animadvertat.

κζγ

(c. 2.1.) Videbis *Schwenkerum*, p. 140. opusculi *Steganograph.* usque ad finem. *Porrâ* in integro libro tertio, nec non secundo,

(1.) Id *Ægyptii* scripturæ genus habebant, de quibus *Ammianus Marcellinus* libr. 17. p. m. 99. *Non ut nunc litterarum numerus præstitutus & facilis exprimit, quicquid humana mens concipere potest; Ita præsci quoque scriptitarunt Ægyptii, sed singula littera singulis nominibus serviebant, & verbis nonnunquam significabant integros sensus.* vid. *Comm. Lindenbrogii* in *Ammianum*.

(1.) Claves dicuntur Authori vel Alphabetha peculiararia vel sententiæ, de quibus vide *Porrâ* post *Schoettum*.

(2.) Ea erat inter *Cæsarem Oppium & Cornelium Balbum*, qui res ejus absenti curabant, vid. libr. 17. c. 9. *Aul. Gellium* hæc annotantem: *Libri sunt epistolarum C. Cæsaris ad C. Oppium & Balbum Cornelium, qui res ejus absenti curabant; In his epistolis quibusdam in locis inveniuntur litteræ singulæ, sine coagmentis syllabarum, quas tu putes positas inconditè. Nam verba ex his confici nulla possunt. Erat autem conventum inter eos clandestinum, de commutando situ litterarum, ut inscriptio quidem alia, alia locum & nomen teneret: Sed in legendo locus cuique suus, & potestas restitueretur, &c.* Et est adeo *Probi Grammatici Commentarius* satis curiosè factus, de occultâ litterarum significatione epistolarum *C. Cæsaris scriptarum*.

§. 2.

Etsi autem (1.) clavium resolutio sit plerumque difficillima & longæ intolerabilisque industriz, imò

imò nonnunquam impossibilis ; tamen varias conscriptas per claves epistolas & sæpius lectas clavibus non prius communicatis , & adhuc quotidie posse legi ac resolvi comprobatum est experientiâ.

(λ.) Si per claves intelligit Author Alphabetha specialia , in quibus characteres pro litteris , vel litteræ pro litteris , ita ut character unus idemque semper respondeat suæ litteræ , neque ex diversis Alphabethis scriptura construatur , est possibilis expedito interpreti , & exercitato , modo seqq. observentur puncta & requisita , conditionesque , quas scriptori observare necesse est.

1. *Scriptura sit tota Latina , aut tota Græca , aut tota Germanica. In Latinâ vitentur græca vocabula nisi sint civitate latinâ donata , qualia sunt , e. gr. Theologia , Philosophia. In Germanicâ vitentur semilatina , qualia sunt e. gr. absolviſſen / deſideriſſen / vâgiriſſen / &c.*

2. *Sedulo cavendum , ne diverſa littera iisdem characteribus ſimilibusve , nec eadem littera diverſis characteribus exarentur , neque littera omittatur. Vitentur igitur abbreviationes. Neque ſcribantur cænæ , ſed coenæ , &c. Idem in Græcis obſervetur iocari non uerū.*

3. *Singula diſtiones probè invicem diſtinguantur , ſive id fiat commatibus , ſive punctis interpoſitis , ſive notabili intervallo , aut alio modo.*

4. *Ne ſint pauciores quàm ſex diſtiones , qualis- cunque ſit lingua.*

5. *Sit integer ſenſus in propoſitâ Scripturâ.*

Conditiones hæ ſi obſervatæ tuerint , interpres expeditus & promptus ſcripturam ſex tantum diſtiones continentem ſolvere & expedire poteſt , id quod promittimus.

§. 3.

§. 3. Eò namque progressa est humana mentis perspicacissima subtilitas & indefessa speculatio, (μ) ut nunc ab omnibus Mysterii hujus cognitionem, acquirentibus ac habentibus naturalissimum agnoscat id, quod antea visum fuit supernaturale omnibus.

(μ.) Certum est videri hominibus Steganographiz ignaris rem primò miram, si vident interpretationem aliorum secreta ipsorumque scriniis inclusa Alphabetha solvere posse, quæ tamen nosse soli putant. Id Porta sibi contigisse prodit: *Eam*, inquit, *de me apud aliorum animos admirationem excitavi, ut non desuerint litterarum imperiti, qui hoc mihi non aliunde, quàm ex ætæ Adagica vel alicujus Numinis afflatu provenire existimarent*, Præfat. in libr. de occultis Litteraturum.

§. 4. Esto: Fingat quispiam ad lubitum ex ignotis, inopinatis, fictitiis, aut supposititiis characteribus signisve Alphabethum, ponat litteram *x*. pro *a*. *π*. pro *b*. *y*. pro *d*. figuram aliquam, v. g. triangularem, circularemve, sive aliam quamcunque pro *C*. & sic consequenter, & ex hoc ita conficito incognito mihi Alphabetho conscribat (ν.) orthographicè epistolam, in quâlibet etiam (ξ.) mihi insperata lingua, Gallicè, an Italicè aut Latine, &c, nil refert, si modo plenam aut (ο.) mediocrem scientiam ejus linguæ cognitionem teneam: neque enim desiderabo specificationem aut idiomatis indigationem, aded, ut si (π.) talis foret mihi ex Asia transmissa, tamen spatio trium ad summum horularum absque omni præviâ ullius litterulæ demonstratione, aut signi vel characteris cognitione, seclusâ quâcunque

quâcunque instructione, latentem, occultam ac arcanam ejus significationem me detecturum polliceor, resolutionem seq. Viâ ac ratione instituturus.

(.) Orthographia præcipuè requiritur, præsertim in scripto aliquot tantum lineis constante. Cujus orthographiæ defectus facit, quò minus in Germanicâ Linguâ solidæ confici possint Regulæ, nec non Gallicâ, quæ singulis ferè annis & nomina & scriptionem mutat, ut constet conferenci libros ante decennium & hoc anno impressos. Tantum abest, ut firmæ construi queant Regulæ in hisce linguis.

(.) At quo Argumento constitit, Clar. Harsdörffero linguam vel scripturam determinatè fuisse italicam, Gallicam aut Germanicam; Certe ejus rei nullam profert Regulam, neque Schwenterus ullam prodidit.

(.) Mediocris linguarum cognitio sufficit, quippe satis est nosse linguarum alicujus finales, geminatos, initiales, id quod ex Lexicis Grammaticâque exactâ plus satis perspicui percipique potest. Unde expeditus interpres primo quoque obtutu epistolarum vel eodem vel diverso exaratarum caractere, præsertim si epistolæ sint longiusculæ, determinare affirmativè potest & debet Idioma, & pronunciare, hæc Scriptura est Gallica, hæc Italica, &c. &c.

(.) Sed Idioma linguarum, quod sub characteribus latet, interpreti notum esse debet, aliàs solvi non potest.

(.) Hæc mora longior est, cum expeditus interpres litteras Alphabeti citius explicare queas, debeatque.

§. 5. Sic e. gr. hæc scriptura incognito caractere, mihi quæ transmissa resolvenda.

7♂. 76□. 7△□. X9AO. ♂7. ♂○○♂T□.
 ♂V. ♂AX. ○□-□. T△707. - ♂b♂.
 †A♂X. ○♂T□, A7△X-. A7△♂♂X♂7.
 AX○7.

Tunc ante omnia ex situ linearum, vel æqualitate & inæqualitate laterum; (nam ex æquo quidem inchoari, ac non semper terminari lineæ queunt, diæresi verborum &c.) venit colligendum, quæ pars epistolæ superior, quæ inferior, quodque latus dextrum & quod sit sinistrum?

§. 6. Quod si autem (r) ignorem si ne Latina an Gallica scriptura vel alia, res tanto erit laboriosior, tota siquidem operatio in unâ-quaque lingua speciatim erit instituenda & pensandum hoc passu accuratè quales (r) unaquæq; lingua potiores habeat finales, ac quomodo potissimum verba desinant, & quæ recurrant sæpius. Sic in latinâ lingua potissimæ sunt finales, a, e, s, o, u, (v.) y, m, n, t, s. In Italica (p) a, & o. Germanica verba ac nomina desinunt plurimum in e, n, m, s, h, & sic de cæteris.

§. 7. Examinandum pari modo est, quæ litteræ in qualibet lingua sæpius (x.) geminentur, & quæ & quales se (y.) necessario subsequantur. Sic necessario apud Latinos, Gallos ac Itales post (u.) Q. sequitur u, verbi gr. in quod, quia, quoniam, aliquis, conqueri, querela, &c. neque enim unquam reperies Q. sine subsequente u. Apud Germanos plerumq; post (uu.) sc. sequitur H. (verbi gr. in schreiben / schön / liecht / recht / ach /), ex quibus colligitur, hoc

arcane scripturæ resolutionis genus tantum in (43.) variarum linguarum peritos cadere, nisi quis expressè sciat, cujus epistola sit Idiomatis, sicut præsens nostrum exemplum esse latinum volumus, ut resolutio tanto resurgeret evidentior.

(r.) Si epistola sit longior, determinari potest idioma, & distingui ab alio vel ex geminatis finalibus, vel numero litterarum in scripto occurrentium, vel alio modo, vid. cap. primum operis. Si verò istiusmodi Regulæ applicari nequeunt, procedendum est quasi per Regulam Falsi, & supponendum idioma latinum, ratiociniumque instituendum. Id ubi non processerit, indicio interpreti erit, aliud latere sub incognitis characteribus idioma atque Latinum.

(r.) Si ad finales litteras geminatasque attendendum est, fatente Clar. Harsdörffero, qui omisit Regulæ illas? cur si habuit, non communicavit?

(v.) Hoc omninò probare non possumus inter potissimas finales collocari $\tau\theta\gamma$. quippe quod in his tantum vocibus occurrit, *phy, maly, sory, missy*, &c. vid. Regulæ finales $\tau\theta\gamma$. Contra in Gallicâ Linguâ verissimum est γ . esse finalem sapius, nec non in Hispanicâ, in Italicâ autem omne γ . exulat, cujus vicem supplet $\tau\theta$ s. simplex. Neque admittimus, $\tau\theta$ *m, n, s, t*, esse potissimum finales, de $\tau\theta$ *m, s, t*, certissimum est, sed de $\tau\theta$ *N*. dubitatur, cujus loco substituímus *R*. quod exera controversiam frequentissimè occurrit, saltem frequentius, quàm $\tau\theta$ *N*. ut patet ex Grammaticis, &c.

(φ.) Adde $\tau\theta$ *E*. haud rarò occurrens, ex consonantibus *R*. infinitivorum terminationem.

(x.) De

(x.) De his geminatis, finalibusque nullibi inveniet Benevolus Lector Regulas certas, cum non solliciti fuerint his de rebus, quorquor vidimus, scriptores etiam accuratissimi.

(y.) Nec de immediata consonantium vocaliumque sequela atque connexionem, ejusque usu, applicationeque quicquam deprehendet, quae tamen res sola est necessaria ad investigationem furtivi altius scripti, radix, fundamentumque, cui soli innitendum est, ut apparebit Lectori Regulas nostras examinaturus.

(z.) In Latinâ Lingua hoc est *izyān*: Sed in Gallica Lingua *re Q.* non semper sequitur *u*, quia dicitur *laq, coq, coquelicoq, &c.* videtis Regulas Gallicae Linguae. Itali Latinos imitantur, qui post *Q.* ponunt *u*, tamen *re Q.* etiam geminant. Corrigi itaque potest *Q* initiale vel medianum semper habet subsequens *u*. in Latinâ, Gallicâ, Germanicâ, Italicâ, Hispanicâ Linguis.

(aa.) In eo Germani imitantur Latinorum *Q.* quanquam hoc differentiae intercedat, (ch) posse terminare dictionem, quod in *Q.* locum habet nullum.

(ab.) Optimè. Facit enim peritia linguarum variarum ad promptam incognitae Scripturae distinctionem, separationem unius Idiomatis ab alio, quae quidem res est necessaria.

§. 8. Primum, quandoquidem variis illis & ignotis characteribus facile (yy) confundi quis potest, praestat loco (zz) characterum substituere litteras ex Alphabeto latino, & totam epistolam in novas litteras Alphabeticas à characteribus trans-

scribere, quod sit singulis characteribus singulas litteras substituendo, & hæc substituta facilius dignoscitur, ac numerari queunt, quam (II.) diversa illa & tam mirabilia signa, ut hinc vides:

$\gamma \delta . \gamma \square . \gamma \Delta \square . x \theta \Lambda \circ . \delta \gamma . \sigma \odot \odot \sigma \tau \square .$
 a b . a e d . a e d . f g h i . b a . k i i k m d .
 $\sigma \vee . \delta \Lambda x . \circ \square . \square . \tau \Delta \gamma \circ \gamma . - \sigma \theta \sigma . \dagger \Lambda \sigma x .$
 k n . b h f . i d o d . m e a i a : o k p k . q h k f .
 $\circ \sigma \tau \square . \Lambda \gamma \Delta x . - . \Lambda \gamma \Delta \sigma \delta x \delta \gamma . - . \Lambda x \odot \gamma .$
 i k m d . h a e f o . h a e k b f b a o . h f l a .

§. 9. His ita transcriptis & characteribus in litteras commutatis, litteras sine characteribus collocabo, ordine tamen toto cum distantia, situ ac positione linearum ac verborum in transportatione servato.

(VII.) Tantum abest, ut quis confundatur ignotis characteribus, ut potius juvetur in resolutione quod ratio suadet & res ipsa.

Pone enim a, pro b. & b, pro a. sanè confundetur. E contrario, ubi characteres distincti ponuntur, facilius progreditur interpres. Hoc velim observes, Steganographia Studiosus, ut loco characterum obscuriorum rariorumque numeros, characteresque Planetarum substituat: Qui, quia à se invicem benè distinguuntur, confundunt nullum, potius adjuvant, e. gr. Scriptura Haradörfferi h. impotuiſſet aliter scribi:

12. 134. 154. 6789. 21. 0 θ θ 0 ζ 4. 0 δ . 286.
 94 \odot 4. ζ 5 191. \odot 0 φ 0. φ 806, 90 ζ 4 8156 \odot .
 81502621 \odot . 86 θ 1.

(II.) Non

(22.) Non præstat substituere litteras Alphabæthi pro characteribus, quod Author facit, fatebiturque æquus Lector, Authoris Scriptura est hæc:

ab.acd.aed.fghi.ba.kllkmd.kn.bhf.idod.meaiā.
okpk.qhkf.ikmd.hæfo.hækbfbao.hfla.

Nota duo sphalmata Typographica irrepsisse, okpk. enim scriptum est ckpk. c. pro o. Dein c. pro e. in vocabulo penultimo, quod Lectori inquirenti Harsdörfferi exemplar patebit.

(24.) Mirabilia signa nequeunt dici ab Autore scripto inserta ac proposita: Illa potius, quæ characteres habent planè similes, quales Porta in exemplo suo usurpavit, p. 209. operis sæpius dicti, vel insolitos obsecroque, qui præter difficultatem quàm habent, pingendi, attentissimum turbant interpretem. Quales videre est apud Schwenterum, lib.V.p.144. Steganol. ubi tria cabbalistica Alphabeta depicta cernes.

9. 10. Deinde ordine ita posito probèque considerato, singulæ litteræ loco signorum characterumque jam positæ numerabuntur, numeratione finita, quotiens unaqueque recurrat in tota epistola, specificè notabitur, v. gr.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r. (22)

10.5.1.6.4.6.1.6.4.8.2.3.1.4.1.1.1. Vicibus.

(22.) Duo hic vitia in numeratione noto 1. quòd L. ponatur bis tantùm occurrens in scripto Harsdörfferi, cum ter poni debeat, in voce kllkmd. bis, dein in ultimo vocabulo hfla. 2. Quòd R. collocaet Author inter characteres, qui tamen planè non occurrit; neque enim est in voce ultimâ hfractum debeat esse L. qui character ter occurrere debet. Tantùm igitur sunt 16. distincti characteres,

non 17. quem numerum *Author* posuit; Præterea optimè omitti potest, numeratio characterum, cum nullam utilitatem, ædium autem summam habeat.

Hoc consuluerò, attendere generaliter ad finales, crebriores, geminatas, an sæpius obveniant in scripto, an rariùs, non præcisè speciasimque numerare, quot vicibus consineatur littera aut character.

§ 11. Numeratione expletâ litteræ sæpiùs recurrentes, sequestrentur ab aliis, v. gr.

a. d. f. h. k. b. o. i. e.	} sæpè occurrentes.
10. 6. 6. 6. 8. 5. 4. 4. 4.	

g. g. p. p. q. (11.) r. l. m.	} raro occurrentes.
1. 1. 1. 1. 1. 1. 2. 3.	

(11.) R. excludendum est characterum numero, & pro eo substituendum L. quod ter occurrit, ut supra diximus.

Nota etiam pro b. quod recurrit quinquies positus est vitiosè, e. character in exemplari *Authoris*.

§. 12. Porro (12.) quinque vocales invenienda erunt, quod factum non erit (14.) difficile, omnibus supposititiis litteris, ita ut dictum est, numeratis, imprimis, ubi epistola longior ac copiosior exstiterit; nam, cum (14.) nulla absque vocali syllaba reperiat, consequens est, ut vocales sæpiùs in scripturâ recurrant, quàm consonantes, & ita litterarum, jam substituta seu supposititiarum sæpiùs reiterata ac recurrentes indubiè vocales erunt, pleræque vel omnes, sic in nostro exemplo.

a	} recurrit	decies.
h		sexies.
f		sexies.
d		sexies.
k		octies.
b		quinquies.

§. 13. Eligo igitur a. k. d. h. f. in vocales, & dico a. & k. utpote sæpiſſimè recurrentes (λλ.) inſallibiliter eſſe vocales, quamvis (μμ.) nec dum determinare ſciam, quas & quales, quod tamen ſic (ν.) potero.

§. 14. Si (οο.) unicus in epistolâ character occurrat, is certò certius erit vocalis, & quidem una harum quatuor, videlicet α, ε, ι, ο.

Nam (ππ.) ν. in nulla lingua tam facilè ſine conſonâ pōnitur. Deinde inveſtigabo & accuratè examinabo, an etiam una mearum quinque, jam (ππ.) electarum vocalium ad ſummum poſt tres quatuorve characteres, ſive litteras meas ſuppoſiti-
tias, quas ſubſtitutas nominavi, ſemper recurrat vel inveniat. Quod ſi non (οο.) recurrit, certum eſt, me veras vocales necdum elegiſſe. Ex hoc caſu diligenter obſervo, quis nam character vel quæ li-
tera characteribus ſubſtituta, iſtorum trium qua-
tuorve characterum vel litterarum his ſubſtituta-
rum ſæpius in totâ ſcripturâ redeat (ππ.) ac reiteretur; Is enim, ſi in pluribus verbis ſæpè etiam inveniat, in vocalem loco prioris eſt eligendus.

§. 15. Poſtmodum electis & aſſumptis quinque vocalibus percurro pleraque vel ſingula (νν.) monoſyllaba & diſſyllaba, attendens, an etiam unicum verbum occurrat, in quo vel mearum vocalium

electarum unica saltem non reperiatur, & si nullum tale occurrit, signum est, eas quinque litteras in vocales à me sic electas & assumptas veras quoque atque genuinas vocales esse, quemadmodum juxta hanc normam quinque litteras supra in vocales assumptas reuoco, & (ϕϕ) affirmo eas vocales revera esse, sicuti postea innouescer, & sunt hæc :

Characteres: γ. σ. □. x. λ.

Substitutæ litteræ: a. k. d. f. h.

(xx) Nullum equidem invenio verbum aut syllabam, in quo non una harum post tres quatuorve characteres sequatur, item sunt litteræ cæteris cessi sapius recurrentibus, (ψψ.) frequentiores tamen.

(..) In Latinâ Linguâ id certissimum. Secus in Gallicâ ubi c', d', l', m', n', s', t'. septem consequentes consonantes solitarie ponuntur, de quibus vid. Regulas Linguæ Gallicæ, nec minus in Italicâ, quæ aliquas quoque solas collocat apostrophatas, vid. Regulas ejusdem Linguæ. Unde corrigi debet Regula: *Solitarie positis character vel est vocalis vel sequentem vocalem arguit.*

(ππ.) Itali apostrophant τὸ V' pro vi. vid. Grammaticam.

(ρρ.) Hoc non sequitur, cùm consonantes æquæ possint repeti, quamque litteram vocalem putem, consonans sit.

(σσ.) Rectissimè! Si enim characteres vocales constituo, neque tamen post tres quatuorve litteras recurrant, constat me nondum invenisse genuinas vocales. Si enim vocabula sunt latina, suis gaudere debent vocalibus. Si hoc E. unus illorum quatuor l. quinque electorum characterum in aliquo verbo esse debent.

(ττ.) Nego :

(rr.) Nego: Character sæpiùs occurrit. Ergò in vocalem est eligendus, cùm consonantes quædam crebriùs occurrant ipsis vocalibus, e. gr. o.

(vv.) Melius vocabula metimur numero litterarum, ut vel bilittera, vel trilittera, vel quadrilittera faciamus, non bisyllaba, aut monosyllaba, quia monosyllabum potest constare multis litteris.

(pp.) At, quomodo affirmari potest præciùs hos quinque esse vocales, non alios? Hoc ostendi non potest. Tantùm abest, ut innorescat, &c.

(xx.) Nego sequelam de singulis. Cur a character sit vocalis e. velim mihi demonstrari, ut omnium frequentissimè occurrat. Probetur evidenter.

(ψψ.) Frequentia occurfus probabiliter inferre esse vocalem, infallibiliter nequaquam, quod tamen *Autor* intra ait.

§. 16. Qui verò his ita observatis in (uu.) veram determinatamque harum assumptarum vocalium cognitionem deveniam, ita ut scientificè & (aaa.) indubitanter E, ab i, & o, ab a, vel u, discernere queam, hic modus est.

(uu.) Determinata vocalium inventio non potest secundum principia Cl. Harsdörfferi ostendi.

(aaa.) Multo minus scientifica & indubiè talis discretio. Unde constat characterem γ. vel substitutam litteram A. esse E. an quia sæpiùs occurrit? sed hoc est principium petere, aut enim semper occurrunt creberrimè omnium, aut plerumque. Prius non esse verum, experientia evincit. Si plerumque, & ut plurimum, non est indubia discretio, quæ scientifica sit, &c.

§. 17. Ex electis meis vocalibus his, eam, quæ omnium sæpissimè per universam epistolam recurrit, (A.) ajo esse vocalem E. Hæc namque, ut pronunciatur facillima, & naturæ dicitur congruentissima, ita sæpius in (γ.) omni linguarum genere cæteris vocalibus repetitur & recurrit frequentius.

(A.) Unde scit Author τὸ α, esse E, cujus ratio non evincit, idèd frequentissimè occurrere τὸ E, quia pronunciatur facillima, sed tantum posse. Nego ego characterem ereberrimè repetitum esse τὸ E. Nego pariter medium terminum rationemque, quia pronunciatur facillima: Aliud sentit *Calepinus* in littera E. E. inquit, suapte naturam non ita resonat, sicut A. O. neque tam promptè os diducit, illique magis languido circa arteriam prodit, illud superiorem aliquo modo deprimat. Cui consentimus eam ratione adducti, quod littera α, aspirata sit analogæ, quæ solo halitu pronunciatur, circa formationem oris, solâ ferè apertione oris: Sed alium vel i, vel u, vel e, disjunctivè. Probo thesin meam ex seq. *Cæsaris* epistola ad Q. Pedium.

Cæsar Quinto Pedio salutem.

Pompejus se oppido tenet: Nos ad portus castra habemus. Conamur opus magnum & multorum dierum, propter altitudinem maris: sed tamen nihil est, quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu moles jacimus, ut aut illum quàm primum transire, quod habet Brundisii copiarum, aut exitu prohibeamus. vid. in fragm. Cæsaris epistolam hanc.

Notabimus jam, quæ litteræ occurrant sæpiſſimè

a.	24.
e.	21.
i.	22.
Littera o.	& conſequenter character 20.
u.	ejus vicibus occurrit, 30.
s.	19.
m.	21.
t.	22.

plures numerare nolumus litteras. Jam quaeritur, qui character ſit *E.* juxta principia *Authoris* eſſet τ^d κ . vel character ejus, ſi characteribus episto-
la eſſet exarata, quia τ^d κ . ſæpiſſimè omnium repeti-
tor. *E.* enim ſecundùm Cl Harsdörfferum fre-
quentiſſimè occurrit. Dein *T.* eſſet vocalis *M.*
item, quæ tamen ſunt conſonantes. Unde nullius
eſt momenti Harsdörfferi regula. Neque credas,
Benevolus Lector, me de indiſtriâ hanc epistolam
ſuſſiſſe, ut principia alterius everterem. Nam
primò ut de indiſtriâ attulerim, nihilominus evin-
ſcitur non poſſe ſciri & dici ſcientificè, characterem
creberrimè repetitum eſſe determinatè τ^d *E.* Se-
cundò provo- ad experientiam & tentamen, ſume
Autorem latinum quemcunque, & numera lineas
quinque, quatuor, quot vicibus occurrant ſingulæ
litteræ, & deprehendes non ſemper τ^d *E.* recurrere
crebrius, quàm cæteræ.

Excipis: Ut plurimum repeti τ^d *E.* frequentiſſi-
mè. Reſp. ſi ut plurimum jam non apodicticè,
vel, ut Autor loquitur, determinatè atque ſcienti-
ficè ſcitur.

(γ .) Hoc diſputari poteſt, an in omni lingua-
rum

rum genere ita se habeat res. Certè non constat.

§. 18. Inventà ergò hâc vocali (2.) *E*. representatâ in præsenti scripturâ per supposititiam. *A*. loco characteris γ . decies recurrens, describo novum Alphabetum, super cujus littera (1.) *c*. annoto vocalem meam (2.) *e*. inventam cum signo sive characterè, cujus loco ponebatur, & stabit Alphabetum sic:

(1.) γ (2.) δ
 (1.) a (2.) b
 A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

(2.) Nego inventam esse vocalem *E*. conjecturae sunt, ut perspicacioribus pater.

(1.) Vitium est Typographicum ζ , pro *E*. hic enim sensus est: super littera Alphabeti *E*. annoto characterem *A*, qui loco γ . substitutus est, ut γ a supra *E*. non supra *G*. poni debeat, non ut vitiosè excusum est in exemplari Authoris.

γ δ
 a b
 A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v w x y z.

(1) Latini nec k. nec w. habent; unde expunge.

§. 19. (1.) Ope hujus vocalis repertz, reperio nonnullos consonantes in verbis duarum litterarum, quæ omnia, sicut & trium quatuorve signorum ex epistolâ eruam, inque peculiari chartâ annotabo, relicto supernè vel infernè spaciolo ramo, ut suprâ scribi vel infrâ poni queat littera.

(2.) *Ar*.

et te

(α.) Διγράμματα sunt : ab. ba. kn.

e i e

(λ.) Τριγράμματα. acd, bhf. aed.

(μ.) Τετραγράμματα : fghi, idod, okph, qhkf,

e.

okmd, hfra.

Ἑξάγραμμοι : kllkmd.

e i e

Longissimum : h a e k b f a o.

(ι.) Certum est unicam vocalem repertam aliam atque aliam prodere, sed τὸ E, nondum est inventum, ut frustra ad consequentes progrediatur *Autor*, primā litterā adhuc dubiā.

(κ.) T. non erat ponendum utpote adhuc occultum.

(μ.) Vitium est in vocabulo : hfra. pro R. debuisset locari L. vox enim est : *Vale*. cujus tertia nempe τὸ L. in illicò, quod *Autor* scripturæ inseruit, antecedit, ut vitium Typographicum nullum sit, sed lapsus *Autoris*, cū semper τὸ R. repetatur, cū deberet ejus loco statui L.

Cæterum rectissimè procedit *Autor* ordinatim exscribendo vocabula duarum, trium, quatuor, quinque litterarum. Quibus addi possant geminatam habentes litteram voces : quia inventā unā, ut *Harsdörfferus* loquitur, facile est aliam invenire,

§. 20. Quibus monosyllabis ac dissyllabis adfunxi verbum, quod in totā epistolā reperitur (α.) longissimum, & pluribus constans characteribus, quia aliquibus inventis litterulis non raro ex tali verbo,

verbo, quis ceteras nondum notas (•.) divinate poterit.

§. 21. His ita exscriptis inventam vocalem *E*. super characteres colloco, ut factum est, & contemplatione præviâ (•.) considero pleraque monosyllaba, v gr. (*e*) *et, te, me, ne, de, re, se, en, ex*, nam non alia esse oportet, quàm ea, in quibus vocalis (•.) *E*. reperitur, quorum in Latinâ Linguâ præter hæc vix ulla dantur, & his accommodo meæ epistolæ monosyllaba, litteram (•) *E*. in se continentia scilicet *ba*, & *ab*, statimque concludo *B*. litteram, quæ semel *A*, sequitur & semel præcedit, vel repræsentate *T*, vel *N*, vel *S*, ita ut meæ hæc bina monosyllaba significant vel *ET*, *TĒ*, vel *ES*, *SE*, vel *EN*, *NĒ*. Ex quibus liquet, quod (•.) *de, me, re, ex*, per eadem nequeant significari, cum inversis litteris Latini non dicant, *ed, em, er, xe*.

(•.) De industriâ hoc fecit *Cl. Harsdörfferus*, sicut &, quod ad confirmandam Thesin vel principium, *E. frequentissimè occurrit* vocabula litteram *E*. in se continentia congestit, quod supralectorem monere volumus.

(•.) Divinare concedo. Sed Interpret exactus, si epistola fuerit longior determinatam vocalem vel consonantem, invenire & demonstrare potest. Notanter dico in epistolis vel scriptis longioribus, cuiusmodi *Schwenkerus* p. 174. fuit resolvendum, ubi iisdem, quibus *Harsdörfferus*, utitur Regulis, cum tamen omnes characteres possint determinatè sciri, quod benevolo declaravimus Lectori capite quarto.

(•.) Collatio litterarum, & verborum hæc in arte utramque facit paginam. Itaque non subsisten-

fiſtendum eſt in uno tantum vocabulo, ſed ſubinde aliud comparandum cum alio. Ita enim aliud atque aliud vocabulum haecenus abſconditum deſignatur.

(c.) Adde, *ea, ee, eo*, quia & in his voculis *E.* repetitur. Si dicas, ultimam debere eſſe conſonantem, petis principium.

(c.) Accommodatio hæc optimè urgetur ab *Antore.*

(c.) Eadem ratio excludit etiam *ea, ei, eo*, quia inverſa hæc vocabula nullam gignunt latinam vocem, neque dicitur *ae, ie, oe.*

§. 22. Quia verò in omni propè ſcripturâ (v.) ſæpiſſimè ſolet conjunctio repeti, atiendo, num ſæpiùs hæc mea monosyllaba recurrant, quod ſi fiat, denuò novam invenio litteram, nempe *T.* per ſuppoſitiſſimam *B.* & characterem *♂.* repræſentatam, in Alphabeto igitur meo novo ſuper *T.* litteram annoto ſuppoſitiſſimam cum characterem. Quod ſi verò conjunctio non repetatur ſæpiùs, ut in noſtro exemplo, ſento cum reliquis, nimirum (φ.) *N. & S.* ex his enim tribus litteris unam per ſubſtitutam ſive characterem ejus repræſentari certus ſum, ſed cum *T.* (x.) repetatur, niſi impedit, cur de veritate veræ litteræ inventæ dubitem, ſuper *T.* ergò in novo Alphabeto annoto *B.* & characterem ejus *♂.* (ψ.)

Post litteram *T.* inventam exſcriptis verbis illud ſupernoto, ut ſupra factum eſt.

(v.) Utut verum hoc eſſet, non tamen ſequeretur vocabulum ſæpius occurrens eſſe conjunctiōnem *ET.*

(φ) Hoc fieri nequit, niſi prius evidenter conſteat, a, eſſe e, quod nondum evictum eſt.

(x.) Non

(x.) Non ideo, quia *T.* in *veritate* repetitur, præcisè est *T.* ut dubitare meritò possim.

(y.) Nempe: *h a e k b f b a o. & b h f.*

§. 23. Quibus duabus litteris inventis invenitur quoque vocalis (a) *u*, attendendo ad duas litteras se semper & ubique (aa.) subsequentes, quarum una & prior raro, posterior sæpè recurrit, & in (ab.) vocalem à me est electa; quas ubi invenio, priorem ajo esse (yy.) *Q.* & subsequentem *u*. nam apud plerasque gentes post (dd.) *Q.* sequitur necessariò & temper *u*. Ita in nostrà suprà posita scripturà invenio verbum *qhkf.* five † *Λ* *χ*. ubi littera *Q.* five character †. semel, & littera *H.* five character (Λ.) sexies redit, & à me in (u.) vocalem electus est; cùm verò nulla (zz.) absurditas committatur affirmando characterem †. five litteram substitutam *Q.* esse, & reverà representare *Q.* *h*, verò *u*. Rursus duas noviter inventas litteras scribo suprà exscripta verba monosyllaba & dissyllaba, & Alphabetum juxta quatuor litteras inventas stabit sic:

†	‡ <i>Λ</i>
a	q b h

(aa.) *a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.*

(u.) Non video, quomodo inventà vocali *e*. inveniat *u*.

(aa.) Inter † *Q.* & *u*. est connexio non mutua. *Q.* semper antecedit *u*, sed, † *u*. non semper † *Q.* cum † *u*. omnes antecedere queant. Et verum est *q.* raro, † *u*. frequenter occurrere, sed hoc nihil ad rem.

(ab.) *R* *h*

(xx.) Ratione nullâ sed conjecturâ merâ nititur
Auctor.

(xx.) Unde hoc demonstratur? Si in epistolâ
prolixâ sex, septem pluribusve lineis constante oc-
currit character, quem semper sequitur idem cha-
racter, concludi potest, (dicam potius,) conjici,
esse antecedentem. Q. sequentem ex oratione, scil.
si prima sit Q. at si semel tantum occurrat character
Q. ut hic, id affirmari nequit, nisi à posteriori in-
venis litteris, & voce, quàm r. Q. inchoat, e. gr. si
in epistolâ deprehendatur semel r. Q. e. gr. in r.
quia, & invenio tres litteras ultimas, nempe via,
nunc r. Q. aperiri potest hâc ratione; percurro Al-
phabeta & propono litteris ultimis - via, litteras
Alphabeti, & consonantes quidem, primum.

b. c. d. f. g. h. i. m. n. p. q. r. s. t. x. z.

Quamcumque præfigas consonantem ex his, absur-
dam habebis vocem, non latinam, solo Q. excepto &
Vocalium nulla præfigi quit, a. e. i. o. u. Avia non
potest esse r. quia, quod in quia, prima & ultima
sunt dissimiles; in avia autem prima & ultima ex-
dem, ex eadem ratione excluditur ivia, quod præ-
terquam, quod Latinum non est, idè rejicitur, quia
in r. quia sunt omnes diversi characteres, in r. ivia
autem 1. & 3. eadem. Ovia & Uvia itidem exclu-
duntur, prius latinam originem non habet: Poste-
rius non est uvia, quia duæ priores sunt eadem; Et
consequenter Q. solum relinquitur, atque à poste-
riori probatur.

(xx.) Suprà vidimus in Latinâ, Germanicâ, Ita-
licâ, Gallicâ, Hispanicâ id locum habere, & r. Q.
semper habere u, subsequens, præterquam in Galli-
câ, quâ Q. finale observatur in cing. & p. laq. & c.

Q

(u.) Non

(11.) Non ideo, quia sexies A. redit, in vocalem eligendus est character hic.

(12.) Nulla absurditas committitur affirmando v. x. esse Q. sed non ideo est Q.

(13.) Exclufimus v. K. & VV. utpote litteras non latinas, quod semel norasse sufficiat. Victum quoque Typographicum observavimus; Suprà ditteram Alphabeti ponitur A. cum suprà e. poni debuisset. Par est ratio v. g. quod ponitur suprà R. tunc poni debuisset suprà Q.

§. 24. Nota: Postremum (14.) inventis sic aliquibus litteris attendo ad duo epistole meae verba in similes characteres desinentia, qualia in praesenti exemplo sunt bhf. & qhkf. ita tamen, ut aliquas ex iis litteras noverim; sic in priori verbo, cognovissiteram (15.) f. & secundam litteram dicitur nosse ex altero verbo, qhkf. in quo duae primae substitutiones representant qu. affirmo igitur duas in primo verbo primas litteras esse (16.) in, disco etiam eadem praxi novisse tertiam ex verbo subsequente, quod nihil potest aliud praeter (17.) quia significare: nam si qua significare deberet, prius verbum non *ina*, sed *ine*, repraesentaret, quod ideo, quia Latinum non est, absurditatem involvit; neque enim character tertius x. siue substituta huic f. potest (18.) consonans esse; cum nimis saepe redeat, ideoque non potest esse vel S, vel R, vel alia; duas itaque jam vocales iterum inventas constituo suprà Alphabetum meum, & superimpono verbis (19.) monosyllabis & dissyllabis exscriptis eadem hoc modo:

et te i e tuæ a u i i i
ab. ba. kn. acd. bhf. aed. fghi. idod. okpk. ikmd.
nae i i ue itate quia.
hfla. kllkmd. haekbf bao. qhkf.

(10.) Sed nondum sunt inventæ, quas conjecturâ assequutus est. Unde neque *N.* littera F. vel character est cognitus.

(11.) Virium est mendumque Typographicum in exemplari typis excuso, *ut pro in.*

(12.) Pernego, concessio etiam *Q.* necessario esse *Q.* *Q.* qhkf. nihil aliud posse significare præter *quia*, cur non *quem*, *quam*, ut vocula bhf. significaret *nam*? quid obster, sanè non perspicio. At, inquis vocabulum qhkf. non significat *quem*, cum *Q.* E. jam inventum sit. Id verò est principium petere. Nec ultima *Q.* F. est vocalis, idèd quia sæpius occurrit: hoc enim nego, litteras sæpius reduntantes præcisè vocales esse, non consonantes.

(13.) idèd nego *Q.* *N.* consonantem non esse, quia sæpius recurrit.

(14.) Si monosyllaba & dissyllaba exscribere *Autor* voluit, cur vocabulum longissimum assumpsit, & brevius omisit, nempe *meaia*, quod æquè huc spectat, cur hæso. æquè dissyllabum, ex *Autoris* Mente?

§. 25. Accipio denuò scripturam, & invenio (15.) monosyllabum kn. sive *Q.* quod exinde concludo debere esse (16.) *N.* quia sequitur Ablativus *inà*, postmodum quæro geminatas in epistola, quæ consonantes sunt, (17.) si prior & posterior geminationem immediate subsequentes fuerint vocales, ut hîc *Q.* *Q.* *Q.* *Q.* *Q.* sive kllkmd. ubi primus cum quarto characterè inventus est, unde faci-

le colligitur, hoc verbum debere repraesentare *illico*, nam potest hoc probari sic: Accipio & ex. mino aliud verbum, in quo omnes litteræ præter duas vel unam mihi notæ sunt. Sic: e. gr. si kllkmd debet significare *illico*, tunc vocula ikmd. significabit necessarium (*rr*) *disco*, non enim *bico*, neque (*rr*) *cico*, (*vv*) *fico*, *giko*, *bico*, *lico*, (*pp*) *mico*, (*xx*) *pico*, vel *si* esse poterit, utpote quæ dissyllaba latinæ linguæ contrariantur, nullam habentia significationem, quod in quâlibet linguâ benè venit observandum, & hinc est, quod Artista plurium linguarum, solum mediocrem, si non omninò perfectam desideret cognitionem. Iterum ergò inventis demò his litteris stabit Alphabetum meum sic:

κ	τ	γ	☿	⊙	∇	□	†	♂	Δ
f	m	a	k	l	n	d	q	b	h

A b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z. (††.)

(*rr*.) Confundit Cl. *Antor* monosyllaba, & voculas duarum litterarum; Sunt monosyllaba plurium litterarum, ut stirps, trabs, urbs, pars, &c. sunt duarum litterarum dissyllaba, e. gr. ea, ei, eo, &c.

(*rr*.) Non sequitur: *rr* K. est vocalis, Ergò geminata, L. est necessarium consonans.

(*cc*.) Non potest probari *rr* *inā*, esse Ablativum, ut ratiocinium sit nullum, cur *rr* kn. non significat *in*, probetur contrarium evidenter.

(*rr*.) Posito *rr* kllkmd. significare *illico*, non tamen necessarium vocula ikmd. erit *disco*, cur non *mico*, *micare*, &c. præsertim cum M. nondum invenim.

(*rr*.) *rr* ikmd. non potest significare *cico*, non caput quia barbara est vox, sed & quia in ikmd. prima

ma

ma & terna non sunt similes ut in *cico*, si ikmd. repræsentaret *cico*, characterum ordo staret mkmd.

(vv.) *Fico* Latinum est vocabulum, Ablativus à *fiens*, tertiæ & quartæ Declinationis. Contra quàm putat Cl. *Harsdörfferus*. Et ikmd. quamvis sit vocabulum latinum, tamen in præsentî scripto locum habet nullum, quia *F.* secundum Regulas Latinas nunquam est finale, vid. Reg. ult. r̄ *F.* esset a. finale in fghi. si r̄ i. *F.* repræsentaret.

(φφ.) *Mico* latinum est ut vidimus.

(xx.) *Pico*, (non pirico, vitio Typographi il-lapsum,) Latinitate quoque gaudet; cœterum huic scripto inidoneum, quia *P.* non est finale in verbis latinis. Si r̄ i. esset *P.* consequenter r̄ fghi. *P.* finale haberet, quod repugnat Reg. ult. *P.*

(ψψ.) Undecim posuit *Autor* characteres & consequenter litteras inventas, cùm tantum sint novem, nempe :

κ τ γ δ . ○ . V . † . ♂ . A. Novem characteres.

Omittendi ergò, quos his associavit □ . O. ut pò-
te adhuc latentes occultique, videsis exemplar excu-
sum *Autoris*.

§. 25. Progredior ergò & sumo verbum , in
quo omnes litteræ præter unam mihi sunt cognitæ,
quorum plurima invenero , ubi epistola fuerit la-
xior : habeo enim jam dimidiit Alphabeti veri
atque orthodoxi cognitionem , & invenio primâ
fronsse verba hæc :

e o. uc a ue itate
acd. hæfo. hækbfbao.

§. 26. (uu.) Quorum verborum postremum
invenio per præsumptionem evidentissim m , quæ
per priora duo verba probatur ; Nam si dixero po-
stremum

Q ;

streum significare *veritatem*, primum *oro*, & alterum *veram* denotabit, in quo nulla apparet absurditas: nam quamvis certum *veritatis*, & alterum *verae* significare ac dici posset, tamen hoc esse inconveniens probatur per duas voculas has:

d o m o. c r e d e.

i d o d. & m e a i a.

○□ - □. T△γ○γ.

Quarum priori tunc *domo*, altera *crede* significabit & stabit juxta inventas litteras Alphabetum sic:

z TOγ σ⊙ Y□ †△ ♂A
f mia kl nd qe bh

(an.) A b c d e f g h i l m n o p q r s t u x y z.

(an.) Ordine hic procedit *Autor*, ut nihil desiderari queat. Hoc factum necessarium est interpreti; ut Alphabetum Latinum vel Germanicum separatim scribat in schedulā, &c, quamprimum invenit litteram aliquam, confestim in Alphabeto deleat, hoc modo, si invenit a c d e, &c. delet: a b c d, quod eam præstabit utilitatem, ut, si defuerit littera nondum inventa, eam vocabulo interponat. Exempli gratia: si in vocabulo *ve-am*, tertia defuit; evolvat Alphabetum, quasque nondum habet, interjungat, dum Latinum emergat vocabulum.

(an.) Satis confuse in originali exemplari collocatae sunt litterae & characteres, ut intuenti cuiusque primo quoque aspectu planum erit.

§. 27. Denique hanc praxi semper aliud atque aliud arripio verbum, in quo unica me litterula tantum latet, v. gr. in σ B σ, quod verbum *mibi* in

76□.

76□. quod verbum *ego* denotat, & sic deinceps, quia potiorem partem Alphabeti orthodoxi jam inveni, semper aliis atque aliis verbis arreptis, in quibus semper adhuc una restat litterula invenienda, nullo negotio totam scripturam occultis characteribus hoc modo ad me perscriptam legam & resolvam.

Resolutio verò præcedentis scripturæ hæc est:

Et ego ero apud te illico

7♂. 76□. 7△□. x♂ΛO. ♂7. ♂⊙⊙♂T□.

in tuâ domo. crede mihi

♂V. ♂Λx. O□. □. T△7O7. - ♂b♂.

quia dico veram veritatem (AA)

†Δ♂x.O♂T□. ^7△x. ^7△♂♂x♂7.

vale.

Ax⊙7.

Quod annotemus, nihil habemus, nisi quod *vale*, ultimum vocabulum rectè scriptum sic, hæctenus viciosè hoc modo exaratum: hæc, cum debuisset poni hñ. Res suprâ aliquoties observata.

§. 28. Et orthodoxum primum ac verum Alphabetum erit hoc, quod ex dictis inveni sine ullâ præviâ instructione.

x T O 7 6 b ♂ ⊙ - . V □ ♀ † △ ♂ A

A. b c. d. e. f g. h. i. l. m. n. o. p. q. r. s. t u.

x. y. z.

NB. Cæteræ litteræ, quia in Scripturâ non reperiuntur, neque à me inveniri & cognosci queunt.

ADDITIO.

§. 29. Si occulta proponitur scriptura. I. video, an quoddam occurat vocabulum, in quo unus aut plures (AB.) characteres bis aut ter occurrant, exempli gratia 121. $\odot \text{D} \odot$. vel 1221. $\odot \text{D} \text{D} \odot$. vel 123123. $\odot \text{D} \text{D} \odot \text{D} \text{D}$. 123321. $\odot \text{D} \text{D} \text{D} \text{D} \odot$. vel 1232345. $\odot \text{D} \text{D} \text{D} \text{D} \text{D} \text{D}$. his ego numeros substituo, ut vides, ut eò minus confundar.

II. Ab initio Alphabeti combinationem litterarum instituo, donec usitatiores vocabula annoverim, quæ eundem cum characteribus litterarum situm obtinent. Huic difficultati combinandi succurrì potest constructione certorum circulorum mobilium (ad instar des fünffachen (vv.) Dens-Kings der Teutschen Sprach / inventi certè, quod nunquam pro dignitate satis laudari potest,) quorum singulis per ambitum omnes Alphabeti litteræ inscribuntur, sicque istâ combinandi ratione plerumque in cognitionem, linguæ propriæ Steganographiæ perveniri, & uno labore plures simul litteræ indagari possunt, quarum auxilio reliquæ quoque patebunt.

III. Si ejusmodi dictio non occurrat, quæro voces alias duas aut tres, in quibus bini characteres sunt similes, ut in præfatis $\gamma 6 \square$. & $\gamma \triangle \square$. & $T \triangle \gamma \odot \gamma$. & peractâ combinatione de certitudine inventarum litterarum non dubito.

§. 30. (dd.) In Germanica Lingua difficilior est solutio, ob orthographiæ lubricitatem, quæ à diversitate pronunciaionis & hæc ab idiotismo cujusvis regionis pendet, & absolutis Regulis firmari non potest.

(AA.)

(26.) Optimè. Hæc enim vocabula, in quibus geminata vel duæ litteræ bis terve occurrunt, immanè quantum juvant interpretem.

(27.) Sed tùm horum circulatorum usus est, cùm de singulis characteribus affirmativum, quæ litteræ esse possint, & negativum, quæ non sint, judicium formatum est.

(28.) Et hæc ratio nos movit, quò minus in Germanicâ Linguâ Regulas adornaverimus multas, quo modo in aliis linguis id præstitimus, præstariq; potest commodiùs.

CORONIS.

HActenus Clariss. *Harsdörfferi* Mysterium, & ad id Notas nostras, quâ potuimus brevitate, exhibuimus.

Restat, ut ad nostram exigamus normam scriptum occultum, quod ita fiet.

1. Numero omnes characteres, & annoro, qui in scripto occurrunt, ii sunt numero sedecim.

7. 8. 6. □. △. 9. x. A. O. 5. 0. T. V. - B. †.

De singulis secundum Reg. Lat. Linguz ratiocinium instituo ejusmodi.

1. Character 7. non est *b.* ratio, quia *B* littera non est initialis in vocolis duarum litterarum, vid. 2. Reg. in *B.* 2. quia *b.* non est finale nisi in *ab*, *ob* *sub*, & *meaia*. autem non potest esse una harum ob multitudinem litterarum. Non est *c.* 1 quia *c.* non est initialis in voce duarum litterarum, vid Reg. 2. in *c.* 2. quia *c.* bis occurrens non est finale, exc. *condic*, *conduc*, *calefac*, *circumduc*, *contradic*. *Meaia*. verò non potest significare ullum horum, quod in *Meaia* *c.* sit ultimum & antepenultimum, secus ac

in exceptis verbis, in quibus *τὶ c.* est initiale & spale, vid. Reg. 10. *τὶ c.*

Non *D* quia *D.* non est finale in verbis latinis, ut *τὶ a.* vel character γ hic est in voce *ba*, & *meia*, in quo est antepenultimum & ultimum, cuiusmodi vocula nulla est inter exceptas, *τὶ D.* vid. Reg. *D.* ultimam, neque è numero illarum esse potest ulla; Non *ad*, *id*, *sed*, quæ duarum triumque litterarum, non *haud*, *apud*, *quid*, *quod*, quæ *πενταγράμματα* tantum sunt; Contra *meia*. *πενταγράμματα*; Non aliud illud, *stud*, *quoad*, quæ quamvis *πενταγράμματα* sint, numeroque litterarum convenient, in nullo tamen eorum *τὶ D.* videtur antepenultimum, & ultimum simul; non *ecquid*, *aliquod*, *aliquid*, *nunquid*, *quicquid*, quæ verba & numero litterarum *τὶ mea* excedunt, & situ atque ordine earum differunt, vid. Reg. 10. in *D.*

Non est *F* quia hoc 1. non est in vuculis duarum litterarum, ut *τὶ a.* hic in *ab*, vid. Reg. 1. in *F.* 2. quia *F.* non est finale, vid. Reg. 10. litt. *F.*

Non est *G*. ob rationes in *F.* allegatas, vid. Reg. 2. & 12. sub *τὶ G* litterâ.

Non est *H*. quia *H.* non est finale, vid. Regulam 11. litt. *H.*

Non est *L* quia in voce duarum litterarum non est, non dicitur, *la*, *le*, *li*, *lo*, *lu*, *al*, *el*, *sl*, *ol*, *nl*, jam si esset *AL*, tunc *ab*, esset vel *la*, vel *le*, vel *li*, &c. vid. 3. Reg. litt. *L.* 2. Quia bis occurrens non est finalis, vid. Reg. 8 in *L* si in *τὶ mea*. *τὶ a.* esset *L*, tunc *L.* esset bis in voce. occurrens & finale.

Non est *M* quia *M.* non est in vuculis duarum litterarum finalis. E. nec in *ba*, vid. Reg. octavam *τὶ M.*

Non

Non N. quod probo, quanquam videatur probari minimè posse. Attendat interpres *to a.* in voc. *ab*. **Non est N.** quia *n.* non est *media & finalis*. Exc. *Conon*, *Canon*, vid. Reg. 7. **N.** Non est *Conon*, quia in *Conon* 2. & 4. & 3. & 5. sunt similes, in *meaia* autem *tertia & quinta* solùm; Non significat *Canon*, quia vox *aed.* inciperet *na*. ultima *d.* non est *b. c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. o. p. q. u. y. z.* quia hz consonantes non faciunt verbum latinum; Non enim dico: *nab, nac, nad*, &c. *nag*, &c. & quia aliquz finales absolute non sunt. *to d.* non est *r*, quia, quamvis sit vacula latine *Nar*, fluvii nomen, non tamen *R.* stare potest propter vocabulum *idod*. *to i.* est *o*. *to d.* est *R*. Ergo vacula *idod*, significat *orar, orir, orur*, quz barbara sunt vocabula. *to D.* non est *T* ut vocabulum *aed.* esset *nat.* *tertia persona verbi no* *schwimmen* ob eandem absurditatis sequelam. Sitemim *to i. o.* in *meaia*, & *D.* sit *T.* in *aed* sanè vocabulum *idod*, significaret *orat, otet, otit*, quz Latinis non iustata, quod clarius patet, si jungatur conferaturque vacula *aed.* significaret *id*, si ultima esset *T.* quod supra ponitur *nat*, sed hoc habeo, *net, nit, not, nut*, &c. *nat, not, nut*, barbara sunt, *net* non potest significare, quia scriptum inchoaret ita: *ni, net, nat*, quod per absurdum est, ideoque rejiciendum. Nec significat *Nos*, ob vculam *idod*.

Non est O. quia *O.* non est *initialis in vac. duarum litterarum*. Exc. *ob, os, oh*. *to ab.* non quit significare *ob*, quia non dicitur per inversionem *bo*, quod dicendum esset si *ab*, significaret *ob*, eadem ex ratione non significat *ob, os*, quia nullum est latino sermoni vocabulum *so & bo* biliterum.

Non

Non *P.* cum, quia *P.* non est in voce litterarum duarum initiale, cum quia juxta Reg. 13. *P.* non finale, ut hoc loco *ro a*.

Non est *Q.* cum quia non est in voc. duarum litterarum; cum quia *Q* semper sequitur idem character, quod hic non fit, ut conferenti, *acd. aed. &c.* patefceret ad oculum.

Non est *R.* quia *R.* non est in voc. duarum litterarum initiale. Exc. *re*, si ab est *re*, tunc *ba* est *er*, quod Latinis inulitatum.

Non est *X.* quia *X.* 1. non est initialis in voc. duarum litterarum. 2. Non initialis in voce trium litterarum. 3. Non antepenultima & ultima.

Non est *Y.* quia *Y.* 1. non est initiale. 2. Non finale, quod utrumque in *a*. cernere est.

Non est *Z.* quia 1. *Z.* non est finale. 2. Non in voc. duarum litterarum. Ergo character *A.* loco *γ*. substitutus non est *b c. d f g. h l m n. o. p. q. r. x. y. z.* & disjunctivè erit vel *a, e, i, s, t, u.*

Hac disjunctiva separatio in peculiari charta annotanda est.

Secundus character est *B* substitutus pro *β*. Hic non est *b* propter voculam *ba*, si *ro B.* est *B.* tunc *ab*. prima vocula est vel *ob*, vel *ab*, sed neutrum est, quia non dicimus *ba*, nec *bo*, nec enim *B.* est in vocalis duarum litterarum initiale, juxta 2. Reg. *ro B.*

Non *C.* ob eandem rationem, vid. Reg. 2. *ro C.*

Non *F. G. H. P. Q. R. Z.* quia planè istiusmodi litteræ non sunt finales.

Non *L. M. R* quia tales litteræ non sunt finates in vocalis duarum litterarum. vid. Reg. 2. in *L.* Reg. 8. in *ro M.* Reg. 2. in *R.* quamvis enim dicatur *sr*, non tamen dicitur *rs*, quod observandum.

Non

Non X. quia X. non est initialis in voc. duarum litterarum, vid. 2. Reg. r̄ X.

Ergo character J. vel b. non est negativè: B. C. F. G. H. L. M. O. P. Q. R. X. Y. Z. disjunctivè a. d. s. i. n. s. t. n.

Tertius character est (6.) qui non potest esse f. quia hæc littera non est secunda à principio vocabuli, vid. Reg. 2. F.

Non est Q. quia Q. non est penultimum, juxta Reg. nonam, esset autem penultimum, si r̄ 6. in vocula r̄ 6 □. esset Q.

Z. non est, quia non occurrat in voce trium litterarum, Reg. 1. in litt. Z exc. oza, expungendum, quia 7. character non est O.

Ergo r̄ 6. disjunctivè omnium vicem representare potest, præter F. Q. Z.

Quartus character □. cujus suppositicia est littera D. sequitur, de quo ratiocinamur, quòd non sit.

B. quia b. non est finale. Exc. ab, ob, sub, rob, r̄ acd. nequit significare ab, ob, quia hæ litteræ bilitteræ sunt, acd. autem trilitterum; nec sub, rob, quia si acd. esset sub, tunc acd. esset vel sab, seb, vel sib, vel sub, quæ Latina non esse ex Lexicis constat. Præterea apertissimè probatur r̄ □. siue substitutam litteram d. non valere b. ex vocabulo ided. vid. ult. Reg. r̄ B.

Non est C. cum quia C. non est finalis in verbis geminatarum habentibus, & consequenter neque in kllkmd. hîc d. est finale præcedente geminâ. Ergo r̄ D non significat C. vid. Reg. 9 litt. C. Excipis ex illâ ipsâ Regulâ nonâ r̄ C, plurima verba esse, quæ finalem C. habeant, antecedente geminâ, e. gr adduc, adduc, illac, illic, illoc, illuc, illinc, assuesac. Verùm nullum istorum vocabulorum significare potest per kllkmd.

klkmd. addic, adduc, illac, illic, illoc, illuc, quinq; litterarū sunt vocabula; *klkmd.* contra sex litterarum, neq; *assuefac* applicatē quadrat, quod octo litteris constat. De *illinc* dubitatur, an significetur per *klkmd* quæritur an sit *illinc*. Resp. Negando propter voculam *o* *□* - *□*. ubi *C.* esset secunda ab initio, & finalis quod *o* *C.* repugnat. Dein propter voculam *O* *□* *T* *□*. vel substitutas litteras *ikmd.* si *o* *klkmd.* est *illinc*, tunc *ikmd.* valeret *inc.* cujus voculæ prima littera nondum est reperta, quæ non est *b, d, f, g, l, m, n, p, q, r, s, t, u, x, z.* quia nulla generantur præfixione harum litterarum latina verba: *binc, dinc, finc, ginc,* &c. prima nempe *i.* non est *c.* & quia *cinc.* non est lat. vocabulum; & quia si *o* *cinc.* esset latina vox, scribendum fuisset *ikmi.* ut prima & ultima fuissent similes, sicut in *cinc.* ex eâ ratione duplici non significat *ninc.* neque *tinc.* tūm quia barbara vocabula, tūm quia priores duz deberent esse eadem, quod in *ikmd.* non deprehenditur. *Quæ.* non significat: tūm, quia *Q* individuum comitem habet *u.* tūm quia character *i.* est finalis in *fgbi.* quod *o* *Q.* repugnat; tūm quod absurda emergeret vox *qint.* posito etiam *o* *Q.* non immediate succedere vocalem *u.* Neque character *i.* est *y.* tūm quia *y.* non est initiale, tūm quia non est finale, confer voces *ikmd.* *fgbi.* in quibus si *o* *i.* esset *y.* finale esset & initiale, posterius in priore, posterius in posteriore voculâ, neque *o* *i.* est *u.* ex hypothese *o* *klkmd.* denotare *illinc*, quia non prodit vocab. latinum sed barbarum, nempe *vin c.* Ex quo relinquitur, nullum ex litteris Alphabeti *o* *ikmd.* præfigi commodè posse, nisi *H.* ut dictio emergat *hinc.* Jam quæritur, an *ikmd.* valeret *hinc.* Resp. Negando, proboque evid-

moniter : si τ° i. in $ikmd$. est H . tunc H in vocula $fgbi$. est ultima, at hoc posterius est absurdum. E. & prius. Probo posterius esse absurdum, quia H non est finale in latinis verbis, secundum Reg. 12. τ° H . Exc. vab , ab , $prob$, $gith$, ob , quorum nullum partim propter paucitatem litterarum, e. gr. ab , vab , ob , possunt significari per τ° $fgbi$. quod est τ° $receptum$; partim propter repugnantiam litterarum, & hae sunt: $prob$, $gith$, quae quanquam quatuor litteris constent, nequeunt tamen per $fgbi$. representari. Non prius $prob$. scilicet, quia p . non est finale in latinis verbis, esset autem finale in vocula τ° $receptum$ $blkf$. Hic si F est p . τ° p . apud Latinos est finale, quod militat contra Reg. 13. τ° P . Non posterius $gith$. scil. quia f . non potest significare τ° G . quia G . non est finale, esset autem finale in voce $blkf$. si τ° F . esset G . quod apud Latinos absurdum, vid. Reg. G . ultimam.

Neque his tantum rationibus probamus τ° $klkmd$. non denotare *illinc*, sed & alia adhuc instituta collatione nempe verbi *idod*. Si τ° $klkmd$. signat *illinc*, tunc $ikmd$. denotat *hinc*. si hoc tunc *idod*. habet primam initialem H . secundam & quartam c . ut ita sonet vocabulum $h c - c$. penultima esset vocalis necessario; Latini quippe nullam sine vocali pronuntiant vocem; quaecunque interponatur, absurdam generat vocem. Taceo h. nullam inchoate dictionem. Ex quo concludo τ° $klkmd$. non significare *illinc*, τ° D . non esse C . vicariam, sed aliam.

Neque τ° D . vel character \square . est D . quia D . non est finale in vocalis trium litterarum, exc. sed. Reg. X. lit. D . si *acd*. significat *sed*. quid significat *acd*. ubi τ° D . finale est quoque. Si D finale tunc *acd*. etiam significat *sed*, quod impossibile; cum quia D . in so-

to *sed*, trillitero finale; cum quia *acd*, distinguitur
 differetque à *apd* *acd*, illic secunda est *e*, hic *c*, quos di-
 versos esse characteres vel oculus testis est. Neque
o *D* esse potest *D*, si consideretur *idod*, vox; si
D seipsum repræsentat; tunc *D* est finale in voculis
 quadrilitteris, sed hoc non est, exc. *apud, hand, quid,*
quod, quorum nullum potest hoc loco quadrare,
 cum propter generales rationes, cum propter specia-
 les. Ob generales: quia neque in *apud*, neque in
hand, quid, quod, *D* bis occurrit, sed semel tantum,
 contra atque in *idod*, si *D* character est *d* littera,
 tunc *D* bis repetitur, ut sit secunda & ultima quod
 repugnat; ob speciales & singulares *o* *D* non esse
id, nec significare characterem seipsum, demon-
 stro, cum quia *o* *idod*, si ultima est *D*, significat vel
apud, & sic *D* esset *P*, quod absurdum propter vocu-
 las *acd, acd*, ubi *P* esset finalis, vel *hand*, & sic *o*
r esset *N*, quod non admittit *fgbi*, vel *quid*, vel *quod*,
 quorum utrumque repugnat. Esset enim *o* *i*, cha-
 racter *Q*, & finalis in *fgbi*, quod est contra Reg. *Q*
 ultimam. Ergo inferitur *o* *D* non est *D* id est *D*,
 hæc in Scripturâ positum non habet potestatem or-
 dinariam, vel non seipsam repræsentat. Neque
 est *F. G. H. P. Q. T. Z.* quia hæ non sunt finales in ver-
 bis latinis. vid. Regulas litterarum quasque suis lo-
 cis. Non est *L*, quia *L*, occurrens bis, non est fina-
 lis juxta Reg. octavam *L* Exc. *lupercal idod*, autem
 non est *lupercal* ob excessum litterarum; Dein, quia
 in *o* *lupercal* prima & ultima sunt eadem, in *idod*,
 autem secunda & ultima. Non est *N*, quia non
 est secunda & ultima in voculis quatuor litterarum,
 neque *R* ex eadem ratione. Non *X*, quia inter duo
X, secundum Reg. 3. litteræ *X*, non est *amice tantum*
littera.

littera. Si *to d.* esset *X.* terminaret vocula *idod.* in *-X-X.* & unica tantum interesset, quod repugnat. Queritur, an solide demonstrari possit *to D.* vel characterem \square . non esse *M.* Resp. Maxime, quod ita ostendo attendenti Lectori, (attentione enim opus est sanè haud parvâ.) Confero voces *idod, ab, acd, aed,* suppono litteram *a.* vel characterem γ . esse disjunctivè *a, e, i, s, t, u,* hoc observare proderit non parum. Dein assumo *to idod.* & ajo. Si *to D.* est *M.* tunc vox *idod* exit in *iam, mem,* *mim, mum.* in *mom,* nulla latina dictio definit. Prima necessariò est vocalis, quia nullum latinum vocabulum (latinum inquam,) incipit à consonante sequente immediate *M.* Exc. *Smegma, Smaragdus, Smilax,* quæ Græca sunt. Dein posito esse vocabulum latinum incipiens à consonantibus duobus, *SM.* tamen hîc locum non haberet: Vox enim barbarè sonaret *smam, smem, smim, smum.* Si ergò prima est vocalis, erit vel *a,* vel *e,* vel *i,* vel *o,* vel *u.* Si *a,* vocula *idod,* significat vel *amem,* vel *amam,* vel *amim,* vel *amum,* ex quibus solum primum *to amem* latinitatis est particeps. Si *E.* emerget *emam, emem, emim, emum,* ex quibus primum Latinis cognitum est, reliquæ inusitatæ. Si *i* erit vel *iam, imem, imim.* duo priora latina sunt, ultimum nequiquam. Si *o.* sonaret *omam, omem, omim, omum,* omnia à Latinis proscripita. Si *u.* sonaret, *umam, umem, umim,* &c. omnia pariter barbara. Ergò, si in *to idod.* *to D.* esset *M.* tunc hæc vocabula necessariò valerent *amem, iam, imum,* *emam.* Hoc obrento regredior ad voculas *ob, acd, aed.* Et dico *to D.* est *M.* ut suppono. *to a.* est disjunctivè vel *a,* vel *s,* vel *u,* vel *t,* vel *s,* vel *t.* Si *to a.*

R

est

est *a*, tunc *acd*, quia prima est *a*, & ultima *M*. ex suppositione mea, definit vel in *aem*, vel *aum*, vel *aom*, vel *aum*, quæ barbara sunt verba. Ergo si *to* *D*. est *M*. *to* *A*. non est *A*. Si character *A*. est *E*. tunc vocula *acd*, *aed*. denotarent, vel *eum*, vel *eam*, alterum *eum*, alterum *eam*, vel contrà. Reliqua enim *eim*, *com*, sunt illatina. Hic quaeritur, an *to* *acd*, *aed*, signet voculas *eam*, *eum*. Respondeo: Non significant, probo. Vocabulum *idod*, denotat aut *amem*, aut *emam*, aut *imam*, aut *imum*. Si *to* *acd*, *aed*, notat *eam*, *eum*, tunc non erit *emam*, *amem*, *imam*, *imum*. *to* *idod*, quia in *idod*, duæ vocales occurrunt, quæ in *acd*, *aed*, non obveniunt. E. si *to* *acd*, *aed*, prima *a*, nempe est *e*, & ultima *d*. est *m*. tunc *idod*. non habet *m*. bis. Si in *to* *ab*, *acd*, *aed*, *to* *a*. est *i*. orientur jam altera, altera autem *jom*, *jem*, *jum*, quæ illatina. Si *to* *a*. est *s*. tunc supposito quòd *d*. sit *M*. vocula *acd*, *aed*, denotarent, *sam*, *sem*, *sim*, *som*, *sum*. ex quibus *to* *sim*, & *sum* valent, ut latina. Si *to* *a*. est *s*. tunc *ab* notat *se*. *to* *si*. conjunctionem non potest significare, quia alias *b*. recurrere deberet in *to* *sim*. Si *a*. signat *T*. tunc vocula *acd*, *aed*. denotant *tam*, *tem*, *tum*, *tom*, *tum*, ultima & prima originem habent latinam. Sed hoc loco eliminantur, quia in *emam*, *imum*, *amem*, *imam*. Vocales duæ diversæ sunt, quæ in *ab*, *acd*, *aed*. non debent repeti. Si *acd*. significat *tam*, tunc habeo *to* *a*. in *amem*, & *idod*. ita scriptum esse debet: *edod*. vel si *aed*. est *tam*, ita *edod*. si denique *to* *a*. est *u*, & *d*. *M*. tunc *acd*. signat, *uam*, *uem*, *uim*, *uom*, ex quibus *to* *uim* latinis usitatum est, reliqua barbara. Unde *aed*. non potest habere primam *u*, ultimam *M*, quia vox emergit illa *na*. Non & quia

quia quadrilittera nulla vox definit, *or ar, orer, orir, orur*, nec *S.* ob eandem rationem. Sequitur igitur ex collatione vocularum *τὸ D.* non valere *M.* quod demonstrandum erat.

Pergimus ad characterem Δ . cujus loco substituitur littera *E.* pronunciamusque non esse *F. Q.* quia *duæ hæ litteræ non sunt penultimæ.* vid. Reg. 9. litt. *Q.* & nonam in *τὸ F. x.* sive *τὸ F.* non est *b.* quia *B.* non est finale nisi in *ab, ob, sub*, non autem in quadrilittero, quale hic est *qhkf.* si *τὸ F.* est *b.* tunc *B.* est finale, &c. Non est *D.* quia *D.* non est finale in trilit. teris vocibus. Exc. *sed.* Neque in quadrilitteris: Exc. *apud, hand, quid, quod.* nec *τὸ sed,* nec cætera possunt applicari, quod demonstrabo. Si *τὸ bhf.* denotaret *sed,* tunc vocabulum *qhkf.* in quo est character *h.* & *f.* haberet secundam, nempe char. *H. E.* si enim *bhf.* significat *sed,* *τὸ H.* signat *E.* & *F.* ultimam *D.* atqui in verbis exceptis sub litterâ *D.* Regulâ 10. nullum est vocabulum quadrilitterum, cujus secundâ esset *E.* & ultima *D.* quod patet legentibus vocabula, *apud, hand, quid, quod.* Non est *F.* tunc quia *F.* non est finale, tunc quia non penultimum. Nec *G. H.* quia non finales sunt hæ litteræ. Non *P. Q. R. Z.* quia ejusmodi non sunt finales. Character autem *F.* vel character *x.* est finalis in *bhf.* vel $\Delta x.$ non *X.* quia *X.* non est initiale in quadrilitteris.

Character δ . septimus vel ejus littera *G.* non est *F.* quia *f.* non est secunda littera dictionis, Regulam vid. in *F.* sec. si *G.* est *F.* tunc *F.* est secunda in *fgbi.* Exc. *afes, afri, afro, &c.* Sed *fgbi.* non esse ex his ullum liquet ex vocalâ *bhf.* *F.* est *a.* *h.* est vel *R.* vel *E.* *τὸ H.* non significat *R.* idèd, quia nulla consonans præfixa litteris *-ra.* generat vocem. Non enim Latini

dicunt, *bra*, *tra*, *fra*. (Italis duo posteriora dicuntur,) neque *τὸ b.* est vocalis, *a*, *e*, *i*, *o*, *u*, *ara* latinum est verbum, sed situs ordoque litterarum *τὸ a.* excludit: Si enim *τὸ b. a.* denotaret, hic ordo esset litterarum. *bhb. ara* enim reciprocum, non *era*, barbarum; non *ura* ob eandem rationem. E. vel *sra*, vel *ora*, non *ora*, eò, quòd si *τὸ b.* esset *o* vocula *ba*, significaret vel *ob*, vel *os*, vel *ob*, sed hoc absurdum est, quia in vocula primà *ab*, dici deberet *bo*, vel *so*, vel *ho*, quæ illatina sunt; E. tandem non repugnat *τὸ B.* esse *i*, & hic sistere pedem cogitur indagator.

Octavus character *Λ.* sive littera substituta *H.* non est *F. Q.* quia hæ litteræ non sunt penultimæ, ut characteres *h.* in voce *fgbs.* & *bbsf.* reperitur, vid. Reg. in *F.* & *H.* Excipis *τὸ fghi.* posse denotare *rusa*. quo in vocabulo *F* sit penultimum, subque exceptis verbis Reg. 9. *τὸ F.* contineatur, item *buso*. Resp. nec *rusa*, nec *buso* denotare valet *τὸ fghi.* Non *rusa*, *i*, *o*, quia si *τὸ f.* est *r.* & character *H.* est *f.* tunc vocula *bbsf.* definit in *-fr.* quale vocabulum Latinis reperitur nullum. Dein repugnat vocabulum ultimum *hsla*, si *H.* est *F.* & character *F.* est *R.* tunc *hsla* incipit à geminis consonantibus *fr.* sequente vocali necessario: Sed cùm Latinum vocabulum quadrilitterum à *τὸ fr.* incipiens sit nullum excepto *τὸ fr.* Quod non ob *klkmd.* quadrat, ex absurdo consequente *τὸ fghi.* nequit significare vel *rusa*, vel *i*, vel *o*. Par ratio excludit *τὸ buso*, si non fortior, si *τὸ fghi.* sonat *buso*. tunc *f* est *b.* si *b.* tunc *b.* est finale in *bbsf.* *ghkf.* sed hoc *ἀρῶν* juxta Regulam 7. in *B.* neque ex his solùm vocabulis demonstratur *f.* non esse *b.* sed ex ultimo *hsla*. si *H.* est *F.* & *F. B.* tunc ultima

dictio

dictio *hfla.* incipit *F. B.* cujusmodi vocabulum non invenitur.

Non est *z.* quia *z.* non est in vocalis trium litterarum, si hoc, non erit in *bbf.* Excipis: *z.* esse in *aza, oza, zea.* Ex his unum posse significari per *bbf.* Resp. Negando *z.* *bbf.* signare vel *aza*, vel *oza*, vel *zea*; non primum, quia *aza* est reciprocum, *bbf.* autem secus, cujus omnes tres sunt distinctæ, contra quàm sit, in *aza*, cujus prima & ultima sunt eadem, non tertium, nempe *zea*, quia in *zea*, *z.* est prima non secunda littera. de *z.* h. queritur an sit *z.* non de *z.* b. primâ in vocula *bbf.* nec secundum *oza*, significatur per *bbf.* quia hâc ratione *z.* B. esset *o*, cujus significatum non habet, vide suprà secundum characterem *B.* vel ejus characterem *z.* & invenies hæc verba, *z.* vel *B.* disjunctivè est *a, d, e, i, n, s, t, u,* vocalis *o.* exclusa est.

3. Non est *y*, quia *y* non est initiale, vid. Reg. primam litteræ *y.* ut hic in ultimo vocabulo *hfla.* deprehendere est.

Ergò *z.* *A.* five littera *H* non est *F. Q. R. Z.*

Nonus character est *o.* five *i.* & non est *F. G. P. Q. Z.* quia hæc non sunt finales, ut in voce *fgbi.* *z.* five *o.* character. Non *H.* quia hæc littera *H.* scil. non est finalis, exc. *ah, vah, prob.* *Ah, vah,* excluduntur hîc, neque possunt denotari per *fgbi.* quod est quadrilitterum, cùm *ah*, bilitterum, *vah* autem trilitterum. Ergò superest solum *prob*, sed *z.* *fgbi.* non signat *prob.* quia prima littera *f.* nequit esse *P.* quia in *bbf.* est finale. Non est *y.* quia *y.* non est initiale, ut hic est *i.* in vocula *quid.*

Ergò relinquitur *z.* *i.* non esse *B. F. G. H. P. Q. R. Z.* Cæteræ omnes,

Decimus character est σ five k. de quo ratio-
nor, quod non sit *B.D.F.G.H.L.M.N.P.Q.R.S.T.U.*
X.Y.Z. partim, quia *hae litterae non sunt in voculis*
duarum litterarum initiales, ut *b, c, f, g, h, l, p, q, x, y, z.*
vid. Regulas sub singulis litteris; partim, quia aliae
non sunt finales absolute, ut *F.G.P.Q.R.Z.* partim,
quia *aliae non initiales secundâ & tertiâ eâdem*, ut
B.C.D.F.G.H.L.M.N.P.Q.R.S.T.U.X.Z. Unde,
quia σ antecedit $\odot \odot$. geminatam modo dictas
litteras significare nequit. In $\tau\phi$. σ V. vel kn. $\tau\phi$ k.
est initiale. Ergo $\tau\phi$ σ vel k. non est *b, c, f, g, h, l, p.*
q, x, y, z. in $\tau\phi$. σ B σ est finale. Ergo non signi-
ficat *B.D.F.G.H.L.P.Q.X.Y.Z.* Opponit $\tau\phi$ σ .
posse esse *B.C.D.L.N.P.Q.R.S.T.U.Z.* namque has
litteras inchoare dictionem seqq. geminatâ, e.gr. in
B. Reg. 1. *becemus, baaras, bijugus*, &c. in C. esse
quàm plurima: *coorior, cooperor*, &c. vid. Lexica.
in D. in *dijudico, deesse*. in L. *luunt*, &c. in N. *nuunt*;
in P. *piss*, &c. in Q. *quum*. in R. *ruunt*, &c. in S.
suus, suum. in T. *tuum*. Verùm respondeo nul-
lum horum exceptorum vocabulorum quadrare $\tau\phi$
klkmd. idque idèd, quia in *klkmd.* prima & quarta,
secunda & tertia sunt similes; non autem in alie-
garis exceptionibus, in *bijugus*, quarta est u. cùm de-
beat B. repeti; quia prima & quarta in *klkmd.* sunt
æquales, eademque. Eadem ratio excludit reli-
quas dictiones: vel propter defectum litterarum,
vel excessum: propter defectum in *luunt, ruunt,*
suus, suum, tuum, nuunt; quæ vel quinque, vel qua-
tuor tantùm gaudent litteris cùm *klkmd.* sex possi-
deat. Instas ex primâ littera M. Regulâ, $\tau\phi$ *klkmd.*
posse esse *meemus*, quippe in quo vocabulo respon-
deant prima & quarta, secunda & tertia, prorsus ne

in *klkmd.* sed resp. hoc vocabulum non posse esse *meemus*, idque evinco cum evidentissimâ ratione. Conferendo *klkmd.* cum *ikmd.* ut à *klkmd.* dependens necessariò quoad ultimas. Hæc definit in-
mus, primâ adhuc ignota & latente, quæ necessariò est vocalis, ut sit, *amus*, *emus*, *imus*, *omus*. solum penultimum, nempe *imus*, est latinitate donatum, cœtera barbariem præ se ferunt. Hoc autem *ikmd.* nequis signare *imus*, ex collatione *kl* vocula *kn.* & *idod.* si *kl* in vocula *kn.* denotat *m.* tunc character *N.* in *kn.* erit vel *e*, vel *s*, dicitur namque tantum *me*, *mi*, *ma*, *mo*, *mu*, incondita sunt & exotica. Neutrum est, inquam, nec *e*, nec *s*, character *N.* Non *e*, quia si *klkmd.* notat *meemus*, tunc *L* est *E.* ut consequenter si *kl* notaret *me*, scriptum deberet esse *kl.* quod secus se habet. Neque *s*, quia si *ikmd.* significat *imus*, ex hypothesi *meemus*, tunc character *i.* est *s*, & scribi debuisset, si *kl* esset *mi*, hoc modo *ka* non *kn.* Ulterius con-
tero vocabulum *idod.* Si *ikmd.* signat *imus*, tunc *idod.* faciem hanc habet *is-s.* Ergo vocabulum erit vel *isac*, vel *isis*, vel *isos*, vel *isus*. *isac*, *isos*, sunt barbara vocabula, nec non *isus*, dein posita quod *isus*, esset vocula latinis usitata, sic scribere Autor debuisset *idmd.* non *idod.* & enim in *meemus* extat. *Isis*, Latinum est quidem, sed ob ordinem litterarum situmque excluditur. In *isis* enim prima & tertia, secunda & quarta sunt similes, contra ac fit in *idod.* quod secundam & ultimam tantum habet eandem, & præterea nullam. Ergo colligitur *klkmd.* non significare *meemus*, quia *ikmd.* notaret *imus*. si hoc, tunc *kn.* signaret *me*, vel *mi*, quod

absurdum. Si hoc *idod* esset vel *isui*, vel *isui*, quod
 ἀπορρον. E. consequente absurdo, antecedens est
 absurdum.

Quæritur, an τὸ *g*. vel *k*. sit *E*. Resp. Negan-
 do: si enim τὸ *g*. est *e*. τὸ *⊙ ⊙*. vel *LL* gemina-
 tum est vel *f* ut *effero*, *effers*, *effert*, vel *n* ut *enneas*,
 vel *L*. ut *elleborum*, &c. vel *S*. ut sit *essent* Alia
 enim geminata nequeunt interponi, non enim τὸ *E*.
 incipit Lexica primam litteram sequitur gemina-
 rum, B.C.D.G L.M.O P.Q.R.T.U. (Q.X.Y.Z.
 per se absolute non geminantur.) Ergo relinqui-
 tur, si prima est *E*. geminatam esse vel *F*. ut sit τὸ
kllkmd. vel *effero*, vel *effers*, vel *effert*, vel *offers*, vel
offera, vel *effeci*, vel *L*. ut *elleboro*, vel *N*. ut τὸ *kllkmd*.
 sit *enneas*, vel *S*. & sic *kllkmd*. significabit *essent*. Ve-
 rum enim verò nullum istorum vocabulorum qua-
 drat. Nec enim *kllkmd*. est *effero*, *effers*, *effert*, *effe-
 ri*, *effeci*, quia τὸ *L*. vel character ejus *⊙*. non est *E*.
 ob u:timam *hsla*. ubi *F*. est penultimum; quod con-
 tra naturam τὸ *F*. est, vid. Reg. nonam *F*. nec *enneas*
 significat τὸ *kllkmd*. ob voculam *ikmd*. cujus ter-
 minatio est *eas*, prima littera est occulta, idcirco ad-
 huc invenienda. Jam præpono τὸ *eas*, in *ikmd*.
b. c. d. f. g. h. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. x. y. z. Nulla præ-
 mitti potest, nisi *d. M. R*. ut latina emergat vox. Sed
 τὸ *ikmd*. neque sonat *Deas*, neque *meas*, neque *reas*.
 ex collatione vocabuli *idod*. *d*. est *s*. Ergo in *idod*.
 secunda & ultima sunt *S*. siue prima i. sit *D*. siue *R*.
 absurda generatur vox, quippe quæ exorditur à ge-
 minis consonantibus *ds*, *ms*, *rs*, quod Latine Lin-
 guæ est insolens.

Neque τὸ *kllkmd*. sonat *essent*, ex collatione vo-
 cula *ikmd*. cujus ultimæ litteræ desinunt in *eas*.
 prima

prima quæcunque præfigatur absurdam edic vocem. Igitur *τ* k. non potest esse E.

Tandem neque *τ* *ς* vel k. est *u*. quod demonstratur ex eo, quia *τ* *u*. non est initiale secundæ & teritiâ eâdem existente, juxta Reg. 2. *τ* *u*. exc. *viii*, *ullibi*, *ullus*, *ulla*, *ullum*. Ceteram nullum horum quadrat, cum *klkmd*. habeat primam & quartam eandem, dein sit sex litterarum, quale nullum est, nisi *ullibi*, quod tamen denotari nequit per *klkmd*. ob divertum litterarum firum. Ergo colligitur eandem, character *ς* vel k. Non est negativè, *b.c.d.e.f.g.b.l.m.n.p.q.r.s.t.u.x.y.z*.

Ergo affirmativè vel *A*, vel *s*, vel *o*, quod notandum in charta peculiari.

Undecimus character est *⓪* vel L. de quo judicò supposito *τ* k. esse vel *a*, vel *s*, vel *o*, non esse eam. *c*. quia nulla vox est, quæ sonat *acca*, &c. nec *ecce*, nec *ecco*, quæ haberet sequelam consonantium, ut hic *τ* *klkmd*. non F. quia F non est penultimum, quod sit in voce *hfla*. Non est E. quia E. geminatur, sed non inter similes, ab initio exc. *meemus*. Non G. quia dictio nulla incipit vel *ab*, vel *agga*, vel *eggo*. Non O quia O. non geminatur inter similes. H. non est, quia hæc littera non geminatur. Non Q. X. Y. Z. quia & hæc non geminantur. Non *u*. quia nulla dictio habet *u*. geminatam secundam & teritiâ sequente & antecedente eâdem.

Ergo character L. vel O. potest esse *b.d.l.m.n.p.r.s.t*. Reliquæ sunt exclusæ.

Duodecimus character est T. vel M. qui non est F. Q. quia hæc litteræ non sunt penultima, ut hic character in duabus dictionibus *klkmd*. *ikmd*.

Decimus tertius character V. vel N. rōk. est vel *a*. vel *i*. vel *o* ut supra ostensum. Ex quo inferitur, rō N. non esse vocalem, sed consonantem, si enim prima k. est *a*, & n. vocalis, tunc vocula sonabit vel *aa*. *ai*. *ao*. *an*. Si k. est *i*, tunc emergent vocalz *ja*, *je*, *jo*, *ju*. Si *o*. orientur *oa* *oe*. *oi*. *on*. quæ singula incognita latinæ linguæ sunt vocabula. Igitur superest rō N. esse consonantem. Dico autem non esse *f*. *g*. *l*. *m*. *p*. *q*. *y*. *z*. quia hæc consonantes partim non sunt *inales* *absolutes*; partim, non in *vocalis* *duarum litterarum* *inales*. Non *x*. quia alias rōk. esset *E*. cujus significatu excluditur; ed quod si k. esset *E* vocula *kkmd*. significaret *essent*, quod ex collatione *skmd*. refutatur. Relinquitur ergo quod n. possit esse *b*. *c*. *d*. *n*. *r*. *s*. *t*. reliquæ omnes exploduntur.

Decimus quartus character est - . de quo judico: o. Non esse *F*. *G*. *P*. *Q*. *Z*. quia hæc absolute non finiunt dictionem, quod non sit in voce penultima. Non *B*. *D*. *T*. quia utæ dictionem terminent tamen nulla exceptarum locum habet in *haefo*. minime omnium in longissima: *haekbfao*. in qua rō *o*. vel character - . claudit vocem. Exceptæ in litera *B*. sunt *ab*, *ob*, *sub*. nulla istarum potest significari per *haefo*. quod quinque litterarum. Exceptæ litteræ *D*. Reg. ult. sunt: *ad*, *id*, *sed*, *band*, *quid*, *aliquid*, *aliquid*, *nunquid*, *quicquid*. Jam applico ad gemina vocabula *haefo*. & *haekbfao*. exceptiones rō *D*. & pronuncio rō *o*. non esse *D*. quia alias vox quinquelittera vel *illud*, vel *istud*, vel *aliud*, vel *quoad*, quæ sola pares habent numero litteras rō *haefo*. reliqua omnia vel excedunt, ut *quicquid*, vel deficiunt, ut *ad*, *id*, *sed*, *apud*, &c. Hæc vocabula quinque inquam litterarum examino, & deprehendo. rō *haefo*.

haefo. non esse *illud*, quia in *τὸ illud* secunda & tertia sunt eadem in *haefo*. autem omnes diversa. Non esse *aliud*, quia *a*. in *haefo*. nequit representare *L*. cum nulla dictio latina & consequenter *τὸ ab*. exordiat a littera *L*. vid. id supra in characterē *γ*. vel *a*. substituto, evictum. Non *istud* representatur per *τὸ haefo*. idque primo ex collatione *haekbfao*. si *a*. est *S*. & *o*. est *D*. quod necessarium esse debet, si *τὸ haefo*. significat *istud*. tunc penultima dictio terminatur in *S. D*. quod Latini non faciunt; dein quia *D* in nullo vocabulo novem litterarum finale est, posito, quod claudat dictionem *SD*. inspicere Reg. *D*. ultimam, videbisque longissimum esse *τὸ quicquid*, octo constans litteris. Tandem neque *quod* significat, primo, quia character *H*. est penultimum in *bbf*. dein quia sequitur *τὸ H*. diversa, in ultimo verbo *hfla*. & *gbkf*. si *H*. esset *Q*. sequeretur idem semper character. Non *x*, quia *τὸ x*. non inchoat dictionem quadrilitteram. Tandem *τὸ a*. non est *γ*. quia non est finale in vocibus Latinis, vid. Reg. ult. *τὸ γ*. Neque est *N*. quia hoc in *verbis novem litterarum non finale*. Nec *L*. ob eandem rationem.

Decimus quintus character est *B*. sive *τὸ P*. de quo dico, non esse *Q. F*. quia *ba* non sunt penultima, ut hic *τὸ P*. in voce *okpk*. Non *γ*. quia *ha* littera non collocatur inter similes vid. Reg. 3. *τὸ γ*.

Decimus sextus character *†*. sive *τὸ Q*. non est *γ. x*. quia prius dictionem non orditur, juxta Reg. *τὸ γ*. primam; posterius in oculis quatuor litterarum non incipit, vid. Reg. *τὸ X* ult.

Vides, Benevole Lector, ratiocinium satis prolixum super Scripturam Clariss. *Harsdörfferi*, quo tandem

tandem sistimus & dicimus de quovis characterè affirmativè & negativè.

Primus character a. vel γ .

Negativè non est B. C. D. F. G. H. L. M. N. O. P.

Q. R. X. Y. Z.

Ergò disjunctivè affirmativè a, e, i, s, t, u.

Secundus character δ . vel b.

Negativè non est: B. C. F. G. H. L. M. O. P. Q. R.

X. Y. Z.

Disjunctivè: a, d, e, i, n, s, t, u.

Tertius character 6 vel c. non est F. Q. Z.

Reliquæ E omnes non excluduntur.

Quartus character \square vel d. non est: B, C. D. F. G. H. L. M. N. P. Q. R. S. X. Y. Z.

Ergò disjunctivè, a, e, i, o, t, u.

Quintus character \triangle vel E. non est F. Q.

Ulterius progredi nequit Interpres.

Sextus character X. sive F. non est: B. C. F. G. H. P. Q. R. Y. Z.

Disjunctivè reliquæ omnes.

Septimus character 9. non est F. Q.

Reliquæ omnes non repugnant.

Octavus character Λ . sive H. non est: F. Q. Y. Z.

Reliquæ universæ relinquuntur.

Nonus character \circ sive substitutum I. non est: B. F. G. H. P. Q. Y. Z.

Disjunctivè cæteræ.

Decimus character σ . sive K. non est: B. C. D. E. F. G. H. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. U. X. Y. Z.

Ergò affirmativè vel a. vel i.

Undecimus character \odot . non est: A. C. E. F. G. H. I. O. Q. R. U. X. Y. Z.

Ergò disjunctivè, b, d, f, n, p, s, t.

Duo-

Duodecimus character T. vel M. non est F. G. negativè, determinatè.

Indeterminatè disjunctivè cæteræ omnes.

Decimus tertius character V. five N. est disjunctivè b, c, d, n, s, t.

Decimus quartus . . five o. non est ; B. C. D. F. G. H. L. N. P. Q. X. Y. Z.

Ergò a, e, i, o, u, m, r, s, t.

Decimus quintus h. vel P. non est Q. F. Reliquæ non contrariantur.

Decimus sextus †. vel Q. non est X. Y. cæteræ univèrse.

Hos ratiocinio absoluto annoto illos characteres, qui paucissimos habent indeterminatos. Exempli gratia :

τὸ ♂. vel k. necessariò est vel a. vel i.

τὸ γ. vel a. indeterminatè, a, e, p, s, t, u.

♂. vel b. a, d, e, i, n, s, t, u.

□. character, a, e, i, o, t, u.

⊙. disjunctivè, b, d, l, n, p, s, t.

V. five n. b, c, d, n, s, t.

. . est a, e, i, o, u, m, r, s, t.

Jam quæro, quid vocabuli sit τὸ κλλκmd. Si τὸ k. est a. vel i. in Calepino vel Lexico quocunque quæro in a. vocabulum, quod geminata eadem sequitur, ita ut quarta sit similis primæ, & invenio sequentia in a. *Abbati, Abbate, accanto, addant, allati, allato, allata, annati, annato, appare, apparò, accace, Imperativus ab attraco.* In τῇ i. reperio, *illice, illius, illico, illinc, illido, illigo, illusa, illuso, irrito, illiga, illini, illine, illita, innixa.* Ex his vocabulis necessariò unum est in proposita Scripturâ *Accanto* excluditur ob excessum unius literæ τὸ κλλκmd. can-
rura

tum habet sex *accanto* contrà septem. Et C. jam expunctum est in ratiocinio $\tau\delta$ O. ut ita interponi nequeat. Jam assumo singula vocabula, & video an applicari queant. Primum est, *Abbati*, *Abbate*, *Dativus* & *Abblativus*. Si $\tau\delta$ *iklmd.* denotat *Abbate*, tunc *ikmd.* terminatur in *-ate*, prima potest esse C. D. vid. ratiocinium $\tau\delta$ characteris o. vel i. ut vox emergat *date*, vel *latè*. Si *date* vocula *idod.* sonat *deme*. Si hoc *okpk.* esset vox *mala*, ultra ire nequit interpres. Non enim repugnat esse *Abbate*. Itaque pergo & suppono esse *Abbati*. Ex hoc concludo hypotheticè $\tau\delta$ *ikmd.* significare secundum ratiocinium noni characteris, ad quod semper recurrendum est in præfixione vel interpositione characteris, ne præfigas eam, quæ exclusâ jam est, aut interponas aut postponas. Vel *cati*, *dati*, vel *lati*, *nati*, vel *rati*, vel *sati*, vel *vati*. Si $\tau\delta$ *ikmd.* significat *cati*, tunc vocula *idod.* hanc habet faciem *ci*. i. nondum inventa. Character o. vi ratiocinii numero decimi quarti de $\tau\delta$ o. disjunctivè est *a, e, i, o, u, w, y, s, f, x.* quæcunque interponatur littera ab absurda exoritur vox, exc. *civi*, *Dativus* à *civis*, & *citi*, à *citas*. Si *civi*, tunc *okpk.* primam habet V. secundam & ultimam *a*, $\tau\delta$ k. enim suppono esse *a*, in *Abbati*. ut hæc appareat vox *va - a*. quæcunque interponas, illatnam producit vocem, exc. *N.* ut vox sit *vana*, *S.* ut emergat *vasa*, *vaca* est Imperativus latinus verbi *vaco*. sed in *ikmd.* si $\tau\delta$ i. est *c.* & *okpk.* significaret *vaca*, tunc scribi debuisset ita: *okik.* suppono enim $\tau\delta$ i. esse *c.* Ergo quoties recurrit $\tau\delta$ i. eam serietur potestatem, ergo non repugnat esse *Abbati*. Queritur porro, an si *iklmd.* notet *Abbati*, & *ikmd.* *cati*, $\tau\delta$ *idod.* non significaret *citi*. Resp. non potest: quia

